

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07136792 8





CV
CARTAE

A. J. Ellis

Cartæ

et

Alia Munimenta

quæ ad

Dominium de Glamorgan.

pertinent.

VOL. III.

441—1300.

Curante

Geo. T. Clark.

Cardiff:

PRINTED BY WILLIAM LEWIS, DUKE STREET.

MDCCCXCI.

As the influx of these documents imparted to the collection an ecclesiastical complexion, it was thought well to prefix to the volume a selection of such of the Charters by the early Welsh Bishops as related to the Lordship, and this the more readily that the 'Liber Landavensis,' in which they had already been printed, was rare, and contained them in common with much other matter. These accordingly have been transcribed from the copies in the British Museum by the care of my friend Mr. W. de Gray Birch, and although they add somewhat inconveniently to the bulk of the present volume, add also materially to its completeness and value.

The Margam deeds, up to the time of their transcription, had been deposited at Penrice, and are thence designated. The Gower estates, including that of Penrice, were never Church lands, but were inherited by Sir Rice Mansel from the Penrices, Langtons, and other local families, and were held by knight service under Swansea Castle, of the Chief Lords of Gower, who held of the Crown. With the estate records were many de Braose and other Charters relating to the Lordship of Gower, throwing great light upon the nature of its early tenure and upon the suit for its possession which was carried on for some centuries by the families of de Braose, Mowbray, le Despenser, and Beauchamp. These also, though not directly connected with the Lordship of Glamorgan, I have thought it well to print, since they have come into my hands and rise beyond mere local interest.

A large number of the documents here printed are without dates, and contain nothing from whence any precise date could be inferred. The arrangement, therefore, though intended as chronological, can only be regarded as so approximately. The volume closes with the 13th century.

Table of Contents.



DXII.

GRANT BY GWORDOG TO DUBRICIUS, ARCHBISHOP OF LLANDAFF, OF HIS VIRGIN DAUGHTER DULON, AND LAND AT PORTH TULON OR BISHOPSTON, IN GOWER.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 39 b.] A.D. 441—519.

Porth Tulon.

Regnante Merchguino filio Gliuis, immolavit Guorduc filiam suam Dulon virginem archiepiscopo Dubricio Landavensis ecclesie, quam consecravit monialem, datis sibi quatuor modiis agri in sempiterna consecratione sine ullo censu homini terreno nisi Deo et archiepiscopo Landavie et cum omni dignitate sua et libertate et communione tota regionis Guhiri in campo et in silvis in aqua et in pascuis testante archiepiscopo Dubricio et presente cum clericis suis Ubeluin Merchguino Cuelino de laicis vero Merchguinus Rex Matauc Garu Lugobi Luua et alii innumerabiles testes sunt facta maledictione ab omni ore et excommunicatione omnibus his quicunque illam terram Landavie a pastoribus illius ab illo in futuro separaverint. Amen. Data autem benedictione servaturis.

Modius: about 36 acres. (Rees Liber Landav. p. 320.)

Dubritius. Cons: A.D. 449. Resign: 519. Ob: 522, or 613. (Stubbs Reg. Sacr. i. 55.)

(Rees L.L. pp. 73, 320.)

DXIII.

RECORD OF THE LANDS ACQUIRED BY OUDOCEUS, BISHOP OF LLANDAFF, IN GOWER.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 48.]

LANN CYNGUALAN et LANNARTH BODU, LANN CONUUS et LANN PENN CREIC.

Sciendum est sane quod OUDOCEUS episcopus suum proprium acquisivit agrum id est podum, CYNGUALAN agrum quidem Sancti DUBRICII in patria GUHYR, quem Sanctus OUDOCEUS a tempore mortalitatis id est 'Y dylyt melen' perdiderat usque ad tempus ATHRUIS filii MOURICI. Post vero contentionem magnam inter OUDOCEUM episcopum et abbatem ILDUTI BIUON qui dicebat suum esse agrum. In fine vero judicio judicatus est ager predictus OUDOCEO episcope et altari LANDAVIE in perpetua hereditate. Cella quidem CYNGUALAN cum sua tota tellure et cella ARCHUODU CONGURIQUE et PENNCREIC. Et Sanctus OUDOCEUS accepit de manu ATHRUIS GURCANTI magni nepotis tres cellulas predictas in perpetua consecratione et cum omni dignitate et tota communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis et sub perpetuo anathemate quicunque illas predictas ecclesias a monasterio LANDAVIE separaverit. Qui autem custodierit custodiat illum Deus. Amen. De clericis testes sunt. OUDOCEUS episcopus CATGEN BIUAN cum sua familia JACOB abbas altaris Sancti CATOCI EUTIGERN abbas DOCUNNI cum suis clericis. De laicis Rex MOURICUS super filium suum ATHRUIS CONUONOC GUALLONIR MORCENOU EITHIN CONUETU GUEITHGEN BROCHMAILI filius GUIDOC MATUC ARTHCUMANU OGUHYR GURDILIC GURGUISTIL ARGUIRET ABEL cum presbiteris CONHAIL CONHIBRIT GUEITHGNO.

Finis LANN CYNGUALAN infra duas fossas ad mare malyduc ir dui foss dyr mynyd ar hyt yr cecyn fin LAN GEMEI.

Rees, p. 386, says that these places cannot be well identified, with the exception of Llanconuur or Llangwner, a chapel under Llanrhidian, in Gower, near which is a place called Penycraig. Llanarthbodu may possibly be Penarth (Pennard), a parish in Gower adjoining Bishopston and Ilston, the latter of which, perhaps, represents Llancynwalan.

(Rees L.L. pp. 136, 386. Oudoceus, Godwin's 1st Bishop.)

DXIV.

GRANT BY KING JUDHAIL OR ITHAIL TO OUDOCEUS, BISHOP OF LLANDAFF, OF THE CHURCH OF ELIDON OR ST. LYTHANS, AND GUOCOF OR WENVOE IN GLAMORGAN.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 52 b.]

Ecclesia Elidon et Gucof.

Judhail Rex Athruis filius equitans quadam die per tellurem Guocob titubante equo suo cecidit ad terram et resurgens sanus gratias egit Deo et respexit versus ecclesiam Elidon dixit elevatis manibus ad Deum 'istam ecclesiam quam video cum sua tota tellure et villa Guocof in qua sto commendo Deo omnipotenti qui me sanum fecit de periculo.' Et advocato ad eum Oudoceo episcopo cum tribus abbatibus Concen abbate Carbani vallis, Colbrit abbate Ilduti, Judhuber abbate Docunni. De clericis testes sunt Trychan, Satuc, Cinbran, Cinuchan, Conguican, Conlec, Oran, Conuan, et Oudoceo episcopo et omnibus successoribus suis imperpetuo in ecclesia Landavie Sanctorum Petri et Dubricii et Teliaui et cum sua tota libertate et omni communione habitantibus et habitaturis perenniter in terris istis in campo et in silvis in aqua et in pascuis ubique per totam regionem Gleuissic. De laicis testes sunt Ithail Rex Brochmail Gellan Adgar Guncar.

Finis illarum villarum est Or pant nesshaf dilicat Gurruni O Gurruni hinniaun genyu pant Cui iuinid ni hit guarthar ir alt dir claud. Claud ni hit in traus trus i ford i claud ni hit trui i coit iguairet ir pant ar hit i claud dir Carn, claud ni hit ir finnaun or finnaun dir claud, claud ni hit dir finnaun arall or finnaun ar hit i foss iuinid trui i coit dir iuinid ar ir all ar hit foss, foss ni hit ir pant, pant ni hit iuinid trus i ford maur ar hit i claud trus iuinid iniaun i Blain Pant Gulic dihen Lotre Elidon iblain i pant, i pant i guairet per medium vallis dir finnaun licat Gulic, Gulich ir guairet ar i hit hi i ciueir Pouisua Denui i penn i Carn. Ynis Teireru i parth arall ir nant, nant i guairet

ar i hit het in aper i GUORRUNI, GUORRUNI ni hit sursum hit penn guociueir i pant ubi incepit finis.

Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia LANDAVIE separaverit anathema sit.

(Rees L.L. pp. 148, 401.)

DXV.

GRANT BY BROCHMAIL SON OF GUIGENTUIAI, TO THE CHURCH OF LLANDAFF, OF THE VILL OF MENEICH.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 53.]

LANN MENECHI.

BROCHMAIL filius GUIGENTUIAI villam MENEICH cum VI. modiis agri immolavit Deo et Sanctis DUBRICIO et TELIAUO et in manu OUDOCEI episcopi et suis omnibus successoribus in ecclesia LANDAVIÆ pro anima sua et in elemosina et cum sua tota libertate et omni communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis.

Finis illius ville est villa GUIRGII ex altero latere quam dederit BROCHMAIL idem antea simili modo OUDOCEO episcopo.

Finis istius villæ est, id est MENEICH hoc est ad aquilonem tref IR GILLICG id est tref IR CIL antiquo nomine et idem BROCHMAIL iterum dedit OUDOCEO episcopo in uno die tres modios agri NUC BACAN Deo et OUDOCEO episcopo cum suo territorio.

Finis a via magna que ducit a PORTA HALAN usque ad rui FINION extendente per marginem monticuli usque ad RIU TIUUI id est henriw. Iterum per circuitum usque ad viam magnam que ducit ad RIU FINION. De clericis testes sunt episcopus OUDOCEUS CONCEN abbas CARBANI vallis Colbrit abbas Ilduti Judhubr abbas Docguinni. De laicis BROCHMAIL cum suis. Qui custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia LANDAVIE separaverit, anathema sit.

(Rees L.L. pp. 150, 404.)

DXVI.

GRANT BY MEURIG, SON OF TEWDRIG, KING OF GLAMORGAN, AND HIS WIFE ONBRAWST, DAUGHTER OF GWRGANT THE GREAT, TO LLANDAFF, OF LANDS IN CILCEINHINN, CONVOY, LLANGENYDD IN GOWER (?), AND LLANDEILO TALYBONT, IN GLAMORGAN.

(COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 47.)

CILCIUHINN et VI. modii terræ CONUOY et LANNGEMEI.

Notandum est nobis quod MOURIC Rex MORCANHUC filius TEUDIRIC et uxor ejus ONBRAUST filia GURCANTI magni dederunt tres modios terræ CILCYUHYNN, et VI. modios terræ CONUOY id est LANNGEMEI simul et LANTELIAU TALYPONT que antea illius fuerat reddiderunt Deo et OUDOCEO episcopo sanctisque antecessoribus suis TELIAUō DUBRICIO omnibusque succedentibus sibi in ecclesia LANDAVIÆ pro animabus suis et parentum suorum libere ab omnia regali servicio cum omni sua dignitate et libertate refugio et libera communione incolis habitantibus et habitaturis in campo et in silvis, in aqua et pascuis in perpetua consecratione. De laicis testes sunt MURICUS Rex, uxor ejus ONBRAUST, filii sui ATHRUIS et IDNERTH CONDAF LOUHEITHI, CATGUAL, CATLEU, RIACAT, CONBRINUN MERTHYR GURCON. De clericis OUDOCEUS summus episcopus JACOB abbas sancti CATOCI cum suis senioribus CATGEN abbas sancti ILDUTI cum sua familia EUTIGERN abbas DOCGUINNI CONBRAN CONUEON CONGUARE MAIUC doctor GUNBUI et cum finibus istis.

Finis LANN GEMEI, a dorso montis dividente silvam et campum, in mare, et usque ad oculum DIUGURACH malyduc dir guairet het y mor.

Finis LANTELIAU TALYPONT O aper MORCLEIS dyguailant lannerch ONNUUI trus CUM ONNUUI dyr GUYTH LUNGUYD dy CAMGUILI[1] truy CAMGUILI dyr HITIR MELIN or HYTIR MELIN or HYTIR MELIN hyn hiaun di LUCHUR[2] ex alia parte, ar hit LUCHUC dyuinyd het CAMFRUT ar hit CAMFRUT in parte ecclesiæ het

i blain dy alt MINCHEI ar hyt ir alt di DUBLEIS,[3] trwy DUBLEISSOU het DI NAS CYNLYUAN ar hyt yr ochyr het ar cyueyr blan CYNBRAN ar hit CINBRAN eithaf het LYCHUR.

(Rees L.L. pp. 132, 381.)

(1) The Gwili rivulet, in Carmarthen.
(2) The river Llwchwr, which divides Llangenydd from Llandeilo Talybont.
(3) The Dulais brook, in Glamorgan, which falls into the Llwchwr at Pontarddulais.

DXVII.

GRANT BY MORGAN, KING OF GLAMORGAN, TO LLANDAFF, OF THE CHURCH OF CYNGUR TROSGARDI AND LLANMERGUALL OR LLANFERWALLT, OR LLANDEILO-FERWALLT, NOW CALLED BISHOPSTON, IN GOWER.[1]

(COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 48 b.)

LANN MERGUALL.

MORCANT Rex MORCANHUC filius ATHRUIS clamavit quietam in die natalis Domini et pro oblatione sua ecclesiam CYNGUN TROSGARDI que fuerat antea TELIAUI simul et reddidit summo pontifici OUDOCEO sanctisque TELIAUO DUBRICIO omnibus pastoribus LANDAVIE in perpetuo et cum omni territorio suo et finibus suis simul cum MERGUALDO illius ecclesiæ principe sub episcopo et totam libertatem dedit ecclesie et territorio illius et dominantibus et inhabitaturis incolis imperpetuo et sine consule et proconsule et cum refugio et sine expeditione infra regionem nec extra, nec ad vigilandum die nec nocte et cum omni communione incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis. De clericis testes sunt OUDOCEUS episcopus SUBGEN abbas NANT CARBAN SATURN abbas DOCHOU GURHARAL abbas LLANNILDUT GUENCAT princeps LANNCYNUUR. De laicis MORCANT Rex GUEDGUEN BRIAUAIL LUUET GUIDNERTH filius GULLONAR. Qui custodierit custodiat illam Deus. Qui autem non servaverit anathema sit. Amen.

Finis illius O aper finnaun CANT HED yn y mor ar hyt ir pant dy uynyd dyr PULL DU dy CARN CYMHYR dy main DY ASTUR dy cecyn yr mynyd trus yr mynid dy GUOUN BRECHMIL dy blain yr HYTYR, or HYTYR dyrnant ar hyt yr nant het DUBLEIS, DUBLEIS het RYT I DEUERT, o ryt dy NANT BYCHAN, ar hyt y nant ad sinistram di penn LUHIN LATRON or luhinn dinant ar y hyt het y mor HAFREN.

(Rees L.L. pp. 137, 357.)

(1) Called also Porth-Tulon in a former Charter.

DXVIII.

GRANT BY KING MORGAN, SON OF ATHRWYS, TO LLANDAFF, OF THE VILLAGE OF GUILBIU.

[COTTON MSS. VITELLIUS C. X. f. 49 b.]

VILLA GUILBIU.

MORCANT Rex filius ATHRUIS dedit villam GUILBIN cum hereditario suo GURHYTYR pro anima sua et anima MOURICI avi sui filii TEUDIRIC OUDOCEO episcopo et ecclesiæ LANDAVIÆ et suis pastoribus imperpetuo, sine ullo censu homini terreno et cum sua libertate et tota communione. De clericis testes sunt OUDOCEUS episcopus CONCEN abbas CARBANI vallis COLBRIT abbas ILDUTI CONFUR TRYRAN BERTHGUIN CATGUARE. De laicis MORCANT Rex GUINAN filius ILUD JUDIC filius CETUUR VINET filius LETRIC GINDOC GUAIDNERTH filius GUALLONIR BROCUAIL RIHOITHIL GUENGARTH.

Finem ejusdem agri supra diximus, a fine illius villæ in qua occidit MOURIC CYNUETU usque ad cumulum lapidum et usque ad cumulum alium et postea usque in NANDAUAN. Qui custodierit custodiat illum Deus. Qui hoc separaverit ab ecclesia LANDAVIÆ anathema sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 140, 391.)

DXIX.

GRANT BY IDDIG, SON OF NUDD, TO LLANDAFF, OF THE TWO FARMS TIR-RETOC AND TIR-HIERNIN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 50 b.]

TIR HIERNIN et TIR RETOC.

Sciant Katholici viri quod JUDIC Rex filius NUD et CINAN filius CUNUEDU ambo: Reges dederunt duos agros, agrum REDOC et agrum HIERNIN pro salute animarum suarum summo episcopo OUDOCEO et Sanctis DUBRICIO et TELIAUO et omnibus pastoribus ecclesiæ LANDAVIÆ in perpetua consecratione cum omni sua libertate in campo et in silvis in aqua et in pascuis sine ullo censu ulli homini terreno nisi ecclesie LANDAVIÆ. De clericis testes sunt primus OUDOCEUS episcopus CUMBRAN CUNUEON CUNUARET presbiter GURCENIU presbiter. De laicis JUDIC et CINAN Reges, ELGUED ATOC MILGEN BAIUOEN HIREL CONUOET CINUOC PROTEC AERTHIRN LOUDOCE. Quicunque custodierit custodiat illum Deus Qui autem non servaverit fiat sub perpetuo anathemate donec ad emendationem venerit. Amen.

(Rees L.L. pp. 142, 393.)

DXX.

GRANT BY GWYDDGEN, SON OF BROCHWAIL, TO OUDOCEUS, BISHOP OF LLANDAFF, OF THE VILL OF GREGURI, CALLED CABALVA, NEAR LLANDAFF, ETC.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 50 b.]

COUPALVA PENNIPORTH, VILLA GREGURU, idest VILLA FLORUM, v. OURDEVINT.

Factum est quod OUDOCEUS episcopus accepit villam GREGURI que dicitur ÇOUPALVA super ripam TAF, id est PENN Y PORTH, a GUEDGUENO BROCHMAILI filio cum suo toto agro, id est cum tribus modiis terrarum pro anima sua, et

commercio regni celestis, cum omni sua libertate, et tota communione sine ullo censu homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ. De clericis testes sunt Episcopus OUDOCEUS, CONCEN abbas CARBANI vallis COLBRIT abbas ILDUTI LUDHUBR Abbas DOCUNIG. De laicis Rex solus GUIDGEN cum suis. Qui custodierit custodiat illum Deus. Qui autem servaverit benedictus sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 142, 394.)

DXXI.

GRANT BY KING MORGAN, SON OF ATHRWYS, TO LLANDAFF, OF THE VILLAGE OF LATH.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 50 b.]

VILLA LATH.

Sciendum est omnibus in dextrali BRITANNIA habitantibus quod MORCANT Rex ARTHRUIS filius pro commercio regni celestis dedit villam LATH LANDAVIÆ ecclesiæ sancti PETRI et sanctorum DUBRICII et TELIAUI beato Episcopo OUDOCEO et suis successoribus omnibus cum sua tota libertate sine ullo censu homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ. De clericis testes sunt beatus Episcopus OUDOCEUS, CONCEN abbas CARBANI vallis COLBRIT abbas ILDUTI SULGEN abbas DOCGUINNI cum familia eorum. De laicis vero MORCANT Rex GUONOCATUI princeps ALUNI[1] CAPITIS SADOC presbiter GURCENEU faber, BRIAUAIL filius LUUARCH GENDOC filius ISMAEL LUUET RIOIDYL. Qui separaverit hanc elemosinam ab ecclesia LANDAVIÆ destruat illum Deus. Qui autem servaverit benedictus sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 143, 395.)

(1) Penaly.

DXXII.

GRANT BY KING MORCANT, TO OUDOCEUS, BISHOP OF LLANDAFF, OF LLAN-CYNCYRILL, ON THE ELY.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 51 b.]

Lan Cyncyrill.

Morcant Rex Arthruis filius pro anima Frioc filii Mourici quem ipse occidit et pro redemptione anime sue accepto jugo penitentiæ in jejunio et elemosina et oratione dedit summo Oudoceo episcopo Lann Cincirill et agrum Cunfall et ecclesie Landavie et sanctis Dubricio et Teliauo cum sua tota libertate et tota communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis omnibus habitantibus imperpetuo. De clericis testes sunt Oudoceus episcopus Concen abbas Carbani vallis Congen abbas Ilduti Sulgen abbas Docguinni, Maioc, Sulgen, Colbrit. De laicis Morcant Rex Grucinan, Guedgen, Elcu, Petyr, Rihedl, Samuel, Titgual, Bleidcu, Citoc, Guelbui. Qui custodierint custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia Landavie separaverit anathema sit. Amen.

Finis istius agri Cepet ic Trican, hoc est a vado rufo super Rud lan Elei, dehinc sursum e regione per silvam super clivum silvæ usque ad Cruc Cyfal Scoti ex inde fossa dividente sursum supra montem per longitudinem fossæ usque ad fontem de fonte deorsum per spatium usque ad capud claud Trycan in valle fossa ducente usque ad montem descendente deorsum per fossam per longitudinem ad Talpon Brinan ad viam latam per longitudinem vie fossa ducente ad Elei.

(Rees L.L. pp. 146, 399.)

DXXIII.

SYNOD OF THE KING AND ELDERS OF MORGANNOK HOLDEN AT TARATYR.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 51.]

SINODUS TARATYR REX SENIORES.

Insinuandum est quod sanctus OUDOCEUS cum sua congregatione et CONCENN abbas Sancti CATOCI et SULGEN abbas DOCUNNI et CONGEN abbas ILDUTI cum omni sua congregatione et MORCANT Rex et FRIOC patruus suus venerunt omnes ad podum sancti ILDUTI, et ambo MORCANT Rex et FRIOC presentibus illis omnibus super altare sancti ILDUTI antepositis sanctis reliquiis juraverunt ita ut simul firmam pacem inter se sine dolo tenerent. Et ita tali conventione ut si unus alterum occideret aut ei dolum inferret, nullo se alio modo redimeret, agro nec argento, sed regnum suum quietum clamaret et vitam suam totam duceret in perigrinationem. Post multum vero temporis suadente diabolo occidit Rex MORCANT FRIOC patruum suum dolo et eo occiso venit Rex MORCANT ad OUDOCEUM episcopum veniam requirens de perjurio facto simul cum homicidio perpetrato, ad ecclesiam LANDAVIAM. Et audita ejus petitione mandavit episcopus OUDOCEUS propter abbates trium congregationum suarum CONCEN abbatem CATOCI SULGEN abbatem DOCUNNI CONGEN abbatem ILDUTI cum suis clericis congregatis in unum in sancta synodo omnibus ab hostio TARATYR YG GUY usque ad hostium TYNI. Et venit rex cum senioribus MORCANNUC obviam illis ad podum CARBANI vallis et ad recipiendum judicium de malefacto suo cum summa satifactione. Et plena synodus presentia OUDOCEI episcopi judicavit propter orbitatem regni ne fieret sine protegente clipeo domini naturalis, peregrinationem illius jejuniis et orationibus et elemosinis redimere simul cum homicidio perjurium expurgare. Et Rex MORCANT assensu seniorum MORCANHUC posuit manum suam super quatuor evangelia et reliquias sanctorum tenente illa sancto OUDOCEO et promittit imprimis se emendaturum de predicto facinore sicut

predictum est jejunio et oracione et elemosina. Et insuper promittit se nunquam tale quid amplius facturum et se in omnibus regalem justitiam misericorditer acturum, juncta ei pænitentie ad modum facinorum et ad illius quantitatem et qualitatem potentiam, et data sibi communione christiana, ablata prius sibi ab episcopo OUDOCEO clamavit tres congregationes CATOCI, ILDUTI, DOCUNNI liberas ab omni regali servicio Deo et Sancto TELIAUO DUBRICIO OUDOCEO et omnibus successoribus suis, et ita cum omni sua dignitate et privilegio sanctorum DUBRICII TELIAUI in perpetua consecratione ecclesie LANDAVIÆ, et utrem mellis et lebetem ferream que ecclesia sancti ILDUTI regi debebat reddere, quietam Rex MORCANT clamavit sine fine, et vovit Deo et OUDOCEO in presenti synodo nunquam in antea in aliquo dominari in tribus congregationibus, nec in eorum possessionibus nec in refugiis violandis neque glebam unam sciens unquam ablaturus vi aut aliquo malo ingenio de suis territoriis, et ita liberas sine ullo censu ulli homini terreno magno uel modico, data maledictione violaturis, benedictione autem conservaturis in pace. De clericis testes sunt OUDOCEUS episcopus CONCEN abbas CARBANI vallis SULGEN abbas DOCUNNI CONGEN abbas ILDUTI cum suis clericis CONUOGE, GURCENOU, COILBRIT, CONOC, SULGEN, CONBRAN. De laicis MORCAN Rex, GUIDGEN, GUIDOC, JUTHEL, JUUET, IURTHIR, JUDIC, JUDGUALLON, cum magna copia clericorum et laicorum tam sinodo quam extra sinodum.

(Rees L.L. pp. 143, 395.)

DXXIV.

GRANT BY CUCHEIN, SON OF GLOVI, TO THE CHURCH OF LLANDAFF, OF THE VILL OF HIRPANT.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 56.]

VILLA HIRPANT.

Sciendum est quod CUCHEIN filius GLOVI dedit villam vallis cum tribus modiis suis Deo et sanctis DUBRICIO et TELIAUO et in manu GUODLOUI episcopi et

GUINGUALUIN cum sua progenie serviturum ecclesie LANDAVIÆ et pastoribus ejus in perpetuo cum tota libertate sua in campo et in aquis in silva et in pascuis. De clericis testes sunt GUIDLOVIUS episcopus, AUNER, SCITUC, EDILFRED, CONAN, JUDGUORET LEXI GUINGUAL GURCINNIU, DOFRAN. De laicis CUCHEIN filius GLOVI, DOFNGARTH, REU, GURDOCUI, EUDEAT, ABRAHAM. Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ecclesia LANDAVIÆ separaverit excommunicetur. Amen.

(Rees L.L. pp. 160, 415. Guodloin, 11th Bishop of Godwin.)

DXXV.

GRANT BY CORS, SON OF GABRAN, TO THE CHURCH OF LLANDAFF, OF LAND IN THE VALE OF THE RIVER OF ELY.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 66.]

STRAT ELEI.

Sciendum est quod CORS filius GABRAN immolavit quatuor modios terræ STRAT ELEI pro commercio regni celestis Deo et sanctis DUBRICIO TELIAUO et OUDOCEO et in manu TRICHANI episcopi et omnibus episcopis LANDAVIE imperpetuo cum omni sua libertate, et quietam ab omni servicio et cum tota communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis et cum omnibus piscibus suis verbo et consensu regum MOURICI et RIS filiorum JUDHAIL regis GLEUISSICG. De clericis testes sunt TURCHANUS Episcopus CATGUORET COBREIGEN. De laicis MOURIC Rex et frater ejus RIS, CORS, GABRAN, ERBIC, BROCHUAIL, GUALLONIR, BLEDUD. Finis illius est in latitudine or tonou CINSCUIT bi hete LEI.

(Rees L.L. pp. 194, 457. Trychan, Godwin's 15th Bishop.)

DXXVI.

SYNOD OF LLANDAFF: HYWEL, SON OF RHYS, KING OF GLEUISSISG, GRANTS MERTHYR BUGAIL, MERTHYR MAWR NEAR BRIDGEND, ETC., TO THE CHURCH.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 68.]

MERTHIR BUCEIL MERTHIR MIUOR et TIR COLLOU.

Cognitum sit omnibus christianis Regibus et principibus et catholicis viris utriusque ordinis clericalis quam laicalis in dextra parte BRITANNIÆ maxime habitantibus quod GALLUN filius CIDRICH motus ira et furore surrexit contra dominum suum elevato suo capite HOUEL videlicet Regum GLEUISSICG filium RIS rupta sua pace, et voluit ei auferre terram LANTIVEI vi sua et fortitudine. Et audita lite et contentione inter Regem et principem per totam regionem, hortatus est CERENHIR episcopus LANDAVIÆ eos concordari facta pace. Et ei obtemperantes, audita prece venerunt ad LANDAVIAM cum magno milite et super altare sanctorum DUBRICII TELIAUI et OUDOCEI antepositis sacris evangeliis juraverunt pacem amplius sine aliqua fraude et insidiis presentibus tribus abbatibus ELISAEL abbate CATOCI, ELISED abbate ILDUTI, ... abbate DOCUNNI, CIVARET lectore, GUERNGEN, RUID, ESNE, PASCEN, presentibus laicis MOR MERCHITIR, JUDCANT, EMBRESEL. Post hæc Rex HOUEL rupta sua pace, faciens utrumque, homicidium simul et perjuriam occidit GALLCUN per dolum, et occiso eo cóngregavit episcopus totam synodam apud LANDAVIAM congregatis in unum clericis totius parochiæ ab hostio TARATYR in GUY usque ad hostium TIUI omnibus et una voce depositis crucibus ad terram et versis cimbalis simul cum reliquiis sanctorum ablatis altari et projectis in terram excommunicavit regem auferens ei totam christianorum communionem. Et in eadem excommunicatione mansit fere per annum integrum. Post hæc, rex non sustinens tantam excommunicationem, meritis suis exigentibus quæsivit veniam apud LANDAVIAM nudis pedibus cum effusis lacrimis et data venia ei cum juncta pœnitentia publica homicidii simul et adulterii consilio patruelis sui MOURICI promittens emendationem tam animæ quam

corporis amplius in jejunio et oratione et elemosina, largitus est Deo et sancto Dubricio Teliauo et Oudoceo et in manu Cerenhir episcopi et omnibus episcopis Landaviæ imperpetuo coram predictis et attestantibus illis omnibus Merthir Buceil et Merthir Minor cum quatuor modiis terræ circa se et semimodium Tir Collou, cum sua tota libertate sine ullo censu ulli homini terreno nisi ecclesiæ Landaviæ et pastoribus ejus et tota communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis. Quicunque custodierit benedictus sit, qui autem violaverit maledictus sit. Amen.

Finis Merthir Minor. O penn arciueir aper finnaun Uanon ar Euentu trui gueir claud ar hit tir foss bet ir Cruc, or Cruc dirguairet dir mein iniaun di Ocmur di Pull Ileck or Pull iniaun digenou ir pant, ar hit ir pant di Pull icolimet di claud i penn ir alt ar hit ir claud dir sich pull dir hi tir iniaun dir claud i claud in hit di pant Tref Saturn i pant di guairet het pant Tir Cinbis dir creic versus orientem ar hit i claud dir pull ar hit i claud dir pant in inhit iniaun di gueli banadit guailaut iluin ar Ocmur, Ocmur in hit diguairet bet cimer Euenhi ni hit diuenid het aper finnaun Uanon.

(Rees L.L. pp. 202, 466. Cereenhir, Godwin's 18th Bishop.)

Glenissicg or Glyuysyg, was the tract between the Usk and the Rhymny, afterwards Wentloog. It seems originally to have been a part of Glamorgan, and again to have been included within it.

DXXVII.

GRANT BY KING CADWGAN TO LLANDAFF CATHEDRAL OF TREF RET, NEAR MERTHYR MIUOR, ON THE RIVER OGMORE, NEAR BRIDGEND.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 71 b.]

Tref Ret juxta Merthir Minor in Marca.

Catguocaun Rex filius Ouein immolavit pro anima sua et animabus patris et omnium parentum suorum villam Ret cum tribus modiis terræ Deo et Sanctis Dubricio Teliauo et Oudoceo et Gulfrido episcopo et omnibus episcopis

LANDAVIÆ et cum tota sua libertate et data communione incolis illius terræ in campo et in silvis, in aqua et in pascuis et sine ullo censu ulli homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus in perpetuo. De clericis testes sunt GULFRIT episcopus DISSAITH scriptor ENUN CINGUALL DIUIN sacerdos TUTNERTH RIUELGUR AIRCOL DUNNA. De laicis vero CATGUCAUN Rex RIGUALLAUN ELSTAN MARCHI CUTULF ETRIT MARC AIDAN sacerdos DRAINCUN lector.

Finis illius est longitudine a MERTHIR GLIUIS usque ad amnem OCMUR latitudine autem a TIR I CAIR usque ad villam OUFREU. Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 214, 482. Gulfridus, Godwin's 20th Bishop.)

DXXVIII.

GRANT BY KING GRUFFYDD, SON OF OWEIN, TO THE CHURCH OF LLANDAFF, OF LAND AT PENYBEI IN RESOLVEN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 75 b.]

A.D. 926 AND 929.

PEN IBEI in ROSULGEN.

Sciendum est nobis quod GRIFUD Rex filius YUGEIN largitus est in elemosina quatuor modios agri PENN IBEI et in sempiterna consecratione Deo et Sanctis DUBRICIO TELIAUO et OUDOCEO et LIBIAUO episcopo et omnibus episcopis LANDAVIÆ, liberam, ut insulam in medio maris sine ullo censu ulli homini terreno nisi pastoribus LANDAVIE et clero ejusdem et propter emendationem vitæ suæ et propter tres prevaricationes quas fecerat contra Deum et sanctos primo tenendo IDMAB filium IDCANT in monasterio Sancti CINGUALI ecclesiæ sanctorum DUBRICII TELEAUI et OUDOCEI et violando refugium Secundo vastando

CIUARHERU filium CRASHAIOU in monasterio Sancti CINUURI id est LANNBERU-GUALL.[2] Tertio vendendo portum DULON ecclesiam Sancti DUBRICII a primo tempore sine licentia episcopi quibusdam hominibus. Et emendatis his tribus prevaricationibus commendavit predictam tellurem pro salute animæ suæ ut predictum est.

Finis illius est in longitudine a vertice montis usque ad rivulum MITHRI latitudo autem ejus a dimidio silvæ quæ est ab oriente usque ad agrum CINGUALI, qui est ad occasum cum duobus agris MEINPORTH, quorum finis est a mari in longitudine usque ad petram iacintham latitudine autem a fossa orientali usque agrum filiorum GRUCAUC cum heredibus suis BODUC atque EINUN et cum uno modio agri qui est juxta TELICH.

Finis illius a mari usque portum CAPRÆ et ita inter duas fossas per longitudinem usque ad petram jacintam. De clericis testes sunt LIBIAU episcopus, CERENNHIR economus, DIBIN presbiter, DISSAITH scriptor, ENUN, MARCHI, GUITHRIT, LOUMARCH, GUAININT, CINON. De laicis GRIFUD filius HIGUEID BLEINBUI BELI GRUCINAN MAILBRIGIT sacerdos ELEI lector EUILAUN BRANUD MARCHI CONAN. Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui hoc ab ecclesia LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

Dcccc. xx. ix[a] LIBIAU episcopus migravit ad Deum et ordinationis sue anno tertio.

(Rees L.L. pp. 229, 500. Libian, Godwin's 23rd Bishop.)

(1) Llancynwalan, in Gower.

(2) Llanferwallt or Llandeilo Ferwallt, otherwise Dulon or Porth Tulon, now called Bishopston, in Gower.

DXXIX.

RECORD OF THE DISPUTE BETWEEN HUWEL DA AND MORGAN HEN, AS TO THE DESCENT OF THE CANTREDS OF GLAMORGAN, SETTLED BY KING EDGAR IN COUNCIL.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 78 b.] CIRCA A.D. 959.

ISTUD[1] HIC SCRIPTUM EST PRO EO QUOD CARTA ILLA IN QUA SCRIPTUM ERAT PRE NIMIA VETUSTATE FERE TABEFACTA EST.

Sciant omnes Christiani quod septem sunt Cantref in dominio MORGANNUC et in episcopatu suo similiter ecclesiæ scilicet LANDAVIÆ.

Primus quidem Cantref est BICAN.[2]

Secundus vero Cantref est GUYR[3] et CŒDWELI[4] et CARNWALIAUN.[5]

Tertius vero Cantref est WURHINI.[6]

Quartus Cantref PENYCHEN.[7]

Quintus Cantref GUNLYUCH[8] et EDELYWON.[9]

Sextus Cantref WENYSCOYT.[10]

Septimus Cantref WENTHUCCOYT[11] et YSTRADYW[12] et EWYAS[13] qui ambo vocantur semper Dew wur WENT HUCCOIT. De WENT HUCCOIT sunt et insuper hoc ERGYN et ANERGYN, sicut in isto gref TELIAU reperitur per totum finem MORGANNUC per circuitum.

Insuper autem scitote quod in uno tempore fuerunt EDGAR Rex totius BRITANNIÆ et HUWEL DA et MORGAN HEN, et isti duo tamen erant subjecti regi EDGARO. MORGAN HEN optinuit quoque tunc temporis totum MORGANNUC in pace et quiete. Set HUWEL DA voluit auferre hinc YSTRADIW et EWIAS tunc temporis si posset, quo audito Rex EDGARUS advocavit HUWEL DA et MORGAN HEN et filium ejus HUWEYN ad curiam suam et ibi in pleno consilio Rex

EDGARUS tractavit de litigatione amborum, et repertum est justo judicio curiæ Regis EDGARI quod HUWEL DA nequiter egisset contra MORGAN HEN et filium suum HUWEYN. Et depulso est HUWEL DA ab his duabus terris scilicet YSTRADIU et EWIAS in perpetuum sine recuperacione. Et postea Rex EDGARUS dedit et concessit HUWENO fiilio MORGAN HEN illas duas terras videlicet ISTRADIU et EWIAS nominatim in episcopatu LANDAVIÆ constitutas, sicuti suam propriam hereditatem et illas easdem duas terras sibi et heredibus suis per cartam suam sine calumnia alicujus terreni hominis confirmavit. Communi vero assensu et testimonio omnium archiepiscoporum episcoporum et abbatum Comitum baronum totius ANGLIÆ et WALLIÆ factum est et quod maledictus esset a Deo patre qui illas duas terras a dominio MORGANNUC et parochia LANDAVIÆ unquam separaret. Et quod iterum benedictus foret a domino JESU CHRISTO qui hoc observaret et a cuncto populo Christiano amodo et usque in sempiternum. Amen.

Insuper scitote quod carta illa quæ illo die facta fuit et scripta coram Rege Edgaro in pleno consilio suo in ecclesiam Landavensem deposita est. Valete.

(Rees L.L. pp. 237, 512.)

(1) This is an insertion in the original MS., to which the copyist of the Cottōn MS. has prefixed the following note:—"Nota quod sequitur scribitur in manu alia quam quæ precedunt et quæ sequuntur."

(2) Cantref Bychan, Co. Carmarthen.
(3) Gower.
(4) Kidwelly.
(5) Carnwillion, Co. Carmarthen.
(6) Gorfynydd, Co. Glamorgan.
(7) Penychen, Co. Glamorgan.
(8) Wentloog, Co. Monmouth.
(9) Edelygion, Co. Monmouth.
(10) Gwent-iscoed, Co. Monmouth.
(11) Gwent-uchcoed, Co. Monmouth.
(12) Ystradyw, Co. Brecknock.
(13) Ewyas, Co. Hereford.

DXXX.

GRANT BY MERCHIAWN, SON OF RHYDDERCH, TO LLANDAFF, AND TO GUCAUN, BISHOP, AND ABBOT OF ST. CATOCUS, OF LLANCARFAN, OF TWO SERFS, GUSTIN AND EBBA, WITH THEIR PROPERTY, AND A FISHING RIGHT.

(COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 77.) A.D. 982.

LANCARUAN.

Perpetualiter regnanti domino nostro Jesu Christo honor laus et perhennis doxa per infinita secula. Ego MERCHIAUN filius RIDERCH post plurima delicta immensaque crimina ad te qui es fons indulgentiæ largifluus, affectuosis risibus, immo lacrimosis planctibus penitentialiter suppliciterque nimia aviditate Deus meus reverti desidero, hæc jugiter recolens, quod PETRUS amarissime flevit, et veniam impetravit. PAULUS conversus confestim Apostolus, latro credidit paradisum koluit. Inclitis igitur confessoribus DUBRICIO TELIAUO OUDOCEO et GUCAUNO episcopo utrisque gemmis decorato, sapientia videlicet sanctorum scripturarum divinæ et humanæ et regali nobilitate parentelæ simul cum dignitate pontificalis cathedræ abbati totius dignitatis ecclesiæ sancti CATOCI LANCARVANIÆ simul et hereditario jure hos duos fratres GUSTIN et EBBA cum sua paterna hereditate et cum captura piscium ut merear beata tranquillitate adipisci perhenne gaudium tribus pro animabus conjugis meæ et parentum meorum RIDERCH et ASGARAT cum sua tota libertate et sine ullo censu ulli homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus imperpetuo. Et cum libera communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis. De clericis testes sunt GUCAUNUS episcopus EIDEF lector urbis GUENTI BLEDGUR GULBRIT CATGEN GURCI DUNA. De laicis vero ARTHMAIL Rex filius NOUGUI concedens hanc elemosinam imperpetuo. MERCHIAUN et filius ejus GURCANT GURCI filius GURCUNANU MALCANT GUNDA. Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 232, 505. Gucaun, 26th Bishop.)

DXXXI.

RECORD OF THE CONSECRATION OF BLEDRI, BISHOP OF LLANDAFF.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 80.] A.D. 983.

Bledri episcopus Landavensis.

Dcccc. lx^mo. xxiii^o. anno electione facta Regum Morcannuc Ouein videlicet et Idguallaun, Catell et Cinuin filiorum Morcant hen Rotri et Grifud filiorum Elised et totius cleri et populi Morcannuc infra hostium Taratir in Gui et hostium Tiui positum et dato sibi baculo in regali curia a summo rege Anglorum Adelredo et a metropolitano Dorobernensis ecclesiæ Albrico archiepiscopo, Bledri episcopus, Landaviæ consecratus est. Et millesimo vigesimo secundo anno incarnationis Domini, ordinacionis sue autem trigesimo nono anno, migravit ad dominum.

(Rees L.L. pp. 241, 517. Bledri, 27th Bishop, A.D. 983—1022.)

DXXXII.

GRANT BY MEURIG, KING OF GLAMORGAN, TO THE CHURCH OF LLANDAFF, OF PENYPRISC, TREFELIAU IN SENGHENYDD, AND LLANTUIAUC IN PENYCHEN, IN GLAMORGAN.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 81 b.]

Penn i Prisc tref Eiliau in Segenid Lanntiuauc in Penn i Chen.

Mouric Rex Gulat Morcant[1] filius Hiwel firmavit pacem cum Etguino filio Guriat Rege Guen iscoit ambo jurantes super reliquias sanctorum antepositis sacris evangeliis ut simul tenerent contra Brachanios in fraterna pace et contra omnes inimicos suos, Anglos videlicet ex una parte, dextrales Britannos ultra montanos ex alia parte, presente episcopo Landaviæ Joseph et presentibus

pluribus de melioribus regni, et facta juratione et confirmato federe post intervallum MOURICUS rex potius perjurii particeps rupta pace sua et in manu episcopi consolidata, cepit ETGUINUM, et in carcerem suum missum abstulit ei regnum simul et lumen oculorum ducente illum orbitate ad interitum. Et postquam audivit episcopus violatum fedus maledixit Regem iniquum et malefactores et consiliarios pro facta perjurio et homicidio advocatis omnibus clericis totius parochiæ infra hostium TARATIR in GUY et hostium TYUI apud LANDAVIAM et confirmantibus sententiam canonicam. Rex nequam videns damnationem suam et tantam excommunicationem sufferre non [2] requisivit veniam apud LANDAVIAM et apud Deum per intercessionem sanctorum DUBRICII TELIAUI et OUDOCEI et JOSEPH episcopi, et data sibi venia simul cum juncta pœnitentia largitus est in elemosina Deo et sancto DUBRICIO, TELIAUO et OUDOCEO et JOSEPH episcopo et omnibus presulibus LANDAVIÆ villam PENN I PRISC id est DIFFRINN ANOUID cum sua tota libertate et data omni communione incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis et sine ullo servicio ulli homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus imperpetuo. Et alteram villam TREF ELIAU in SEGHENID id est villa filiorum QUICHTRIT agrum trium modiorum. Et LANNTIUAUC agrum trium modiorum cum omni sua libertate et tota communione ut predictum est. De clericis testes sunt JOSEPH episcopus RUID sacerdos CIMEILLIAUC equonimus filius BLEDGUR. JOSEPH sacerdos ILDUTI. De laicis MOURICUS Rex et HUIGEL pater suus CINCENN filius GUBRIC BREINT LUGUINI.

Finis DIFRIN ANOUID est o finnaun DERGUIST hit ir allt in hit bet riu TIUUIL DI PULL IR IULEN dir CARN luit erigens sursum penn AR CIUEIR cruc RI DIR CAIR het ANOUID in hit het IBUDINN.

Finis tref ELIAU. Or guoun het i mor longitudine, o TREF LICOTUC het TREF TECAN latitudine.

Finis LANNTIUAUC, latitudo ejus inter CORRICOU longitudo ejus usque ad longum lapidem.

Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 245, 523. Joseph, 28th Bishop, A.D. 1022—1046.)

(1) Gulat Morcant, Glamorgan.

(2) A word wanting here, perhaps *potens*. Rees suggests 'posse.'

DXXXIII.

GRANT BY RHIWALLON, SON OF RHUN, TO THE CHURCH OF LLANDAFF, OF RHIWBREIN ON THE TAF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 82.]

RIU BREIN.

Sciendum est quod RIUGUALLAUN filius RUN pugnavit cum episcopo JOSEPH et familia illius et unum de familiaribus episcopi amicum perforavit lancea et expulsus a regione tota simul et sequestratus a tota CHRISTIANORUM communione per suam nequitiam tandem inito federe cum episcopo et parentibus ejus accepit pœnitentiam de forisfacto, et facta sibi absolucione cum concordia perpetrata et habita cum vulnerati parentela largitus est verbo regis HIUGEL et filii ejus MOURICI hereditariam suam terram RIUBREIN cum sua tota libertate et cum tertia parte sylvæ YNIS PEITHAN Deo et Sanctis DUBRICIO TELIAUO et OUDOCEO et JOSEPH episcopo et omnibus presulibus LANDAVIÆ imperpetuo et cum omni communione sua data incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis et sine ullo servitio ulli homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus.

Finis illius est O rit litan ar ANNOUID ni hit het ir ISTLEIDIAUC di pull OTIN CINCENN dir cruc glas dir ford litan hit i fos ni hit het i guoun guenn ini hit het Luin INA.

De clericis testes sunt JOSEPH episcopus RUID presbiter Sancti TELIAUI SED presbiter Sancti CATOCI TECGUARET sacerdos Sancti DOCUNNI. De laicis vero

HIUGEL Rex et filius ejus MOURIC RUN filius CEITMOR CINCENN filius HUEFRIC. Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesiæ LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

Finis illius silvæ est cum illa silva quæ pertinet di INIS BRAT GUENN o aper GUNGLEIS in TAF mal i duc ar i hit diuinid bet i blain o i blain truss o di blain i NANT DU ar hit i NANT DU dirguairet het pann discinn ini dair cin circhu TAF o dina di TAF ar hit TAF cum piscibus dirguairet het aper GUNGLEIS ubi incepit.

(Rees L.L. pp. 246, 525.)

DXXXIV.

GRANT BY GWRGAN SON OF ITHAEL TO LLANDAFF, OF THE VILL OF TREFGYNNHILL ON THE ELY.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 82 b.]

TREF GYNNHILL.

GURCANT filius ITHAIL immolavit pro anima sua villam TREF GINHILL Deo et Sanctis DUBRICIO TELIAUO et OUDOCEO et JOSEPH episcopo et omnibus presulibus LANDAVIÆ et cum sua tota libertate et data communione incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis et sine ullo censu ulli homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus in perpetuo.

Finis illius est O ELEI via custodiente usque ad ABRE NAN erigens sursum transversum usque dum descendit in ELEI.

De clericis testes sunt JOSEPH episcopus RUID sacerdos CUUEILLIAUC benedictus. De laicis GURCANT filius ITHAIL CINCENN filius CARATAUC ALRIT filius ELFIN. Quicunque custodierit benedictus sit. Qui autem violaverit maledictus sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 247, 526.)

DXXXV.

GRANT BY MEURIG, SON OF HYWEL, KING OF GLAMORGAN, TO LLANDAFF, OF THE VILL OF TREF-GOLYCH, OR St. LYTHAN'S, ORIGINALLY GIVEN BY KING ITHAEL.[1]

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 82 b.]

Tref Gulych.

Mouric Rex Gulat Morcant filius Hiugel iratus est potenti cuidam suo viro et venit cum furore nimio ad Landaviam frangendo refugium sanctorum Dubricii Teliaui et Oudocei, et accepit ab hostio ecclesiæ uxorem illius viri nomine Seissill et in presentia episcopi Joseph et violato refugio sanctorum et vulnerato quodam de familia episcopi et ablata uxore et vi et fortitudine mandavit pontifex per ecclesias totius parochiæ adjacentis ecclesiæ Landaviæ ab hostio Taratir super ripam Gui usque ad ripam Tigui, et adunatis omnibus clericis de majori gradu usque ad inferiorem et in plena synodo anathematizavit regem potius iniquum mandatorum Dei transgressorem, et facto anathemate et per patriam dilatato Rex requisivit veniam apud Landaviam imprimis offerens se redditurum raptam uxorem et vulneratum virum familiarem episcopi pacare muneribus cum refugii plena reintegratione et juncta sibi pœnitentia cum data venia ad modum culpæ, reddidit villam Tref Gulich cum tribus modiis terræ Deo et Sanctis Dubricio Teliauo et Oudoceo quæ antea fuerat illorum et a tempore Judhail regis Morcannuc filii Athruis contemporanei Oudocei episcopi, et cum sua tota libertate et data communione in campo et in silvis, in aqua et in pascuis. De clericis testes sunt Joseph episcopus. Ruid sacerdos. Joseph sacerdos. De laicis Mouricus Rex. Carataur filius Gulbrit. Seisill filius Gistlerth. Teudur filius Idguin.

Finis illius est or Poguisma dir cruce dir lech ni hit i foss di Carn Gistlerth hit i foss di Carn Guocof hit i Carn dir nant hit i nant di Gurimmi ini hit het Gulich, Gulich ni hit Iuinid Cann Teiv Eru ir ynis rac Pou Ysma Deui.

Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui hoc ecclesia LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 248, 527.)

(1) See No. DXIV.

DXXXVI.

GRANT BY KING MEURIG TO LLANDAFF, OF THE VILL OF FRATRUS ON NADAUAN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 83.]

VILLA FRATRUS super NADAUAN.

MOURICUS Rex pro prædicta prevaricatione immolavit Deo et Sanctis predictis et ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus imperpetuo, villam FRATRUS et cum tota sua libertate et data communione et attestantibus predictis clericis et laicis. Et insuper quatuor libras argenti episcopo JOSEPH et multa dona canonicis suis et semper se promisit obedientem ecclesiæ, et omnibus suis territoriis rectum auxiliatorem et fidum defensorem. Et benedixit filiis suis CATGUOCAUN et RIS, ut firmiter tenerent commendationem suam et elemosinam, in pace quieta, et omnibus suis posteribus nepotibus pronepotibus et omnibus suæ generationis et maledixit ex alia parte omnibus superstitibus suis quicunque illorum elemosinam predictam ab ecclesia LANDAVIÆ vi et laicali invasione aut subdola fraude amplius separaverint. Amen.

Finis illius est EBURTHIM, deinde dir CARN, or CARN dir claud di ARD ir ALLT diuscuid ir allt ni hit di ar i celli ar hit het i penn, i penn diguairet inhiaun versus occasum dir ford maur trus i ford di penn claud iniaun ni hit ar hit i claud dir nant diguairet het NADAUAN ar i hit het aper EPYRTHUN ni hit het i ford maur ni hit het i rit ubi incepit.

(Rees L. L. pp. 249, 528.)

DXXXVII.

GRANT BY CARADOC, SON OF RHIWALLON, TO LLANDAFF, OF LANN-PETYR, IN HENRIU, NEAR DOWLAIS.

[Cotton MSS. Vitellius, C.X. f. 83.]

Henn Riu, in Lebinid.

Caratauc filius Riuallaun unus de Comitibus Mourici Regis Morcanhuc fregit refugium sanctorum Dubricii Teliaui et Oudocei et in comitatu Mourici Regis et verbo auferendo uxorem Seisill vi et fortitudine ab hostio ecclesie ut prediximus recolens quod malefecerat, nec aliter posse salvari et liberari ab ira et maledictione episcopi Joseph nisi per jejunium et orationem et elemosinam, cepit lacrimari et veniam requirere apud Landaviæ presulem et juncta sibi pœnitentia ad modum sacrilegii verbo et consensu Catgucaun Regis Guenti largitus est in elemosina Deo et Sanctis Dubricio, Teliauo, et Oudoceo et Joseph episcopo et omnibus presulibus Landaviæ imperpetuo Lann Petyr in Henn Riu et cum tota sua libertate et sine ullo censu ullo homini terreno nisi ecclesiæ Landaviæ et cum data communione in campo et in silvis in aqua et in pascuis. De clericis testes sunt Joseph episcopus Bleinguid Gueiluirth filius Albrit. De laicis Catgucaun rex Grifud filius Eli Nir filius Judguallaun Abraham filius Euniaun Caratauc et Riugallaun filii Gulfrit Jouaf filius Riuallaun.

Finis illius est Dubleis deinde di Nant i Gall in hit het i blain o blain ir allt Coit Guent cecyn ir allt ni hit diuinid het penn ar ciueir Lann Mihacgel dir ford maur iuinid trui i coit ar hit Crib ir Allt o Crib ir Allt iniaun di guairet di licat nant Marchnant March ar i hit het Dyfleis.

(Rees L. L. pp. 250, 529.)

DXXXVIII.

GRANT BY MERCHIAWN, SON OF RHYDDERCH, TO LLANDAFF, OF THE VILL OF CARNOU, ETC.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 83 b.]

Villa CARNOU id est villa CRUCOU LEUIRN et villa CRUCOU MORCAN.

MERCHIAUN filius RIDERCH cum filio suo GURCANT dederunt pro redemptione regni celestis Deo et Sanctis DUBRICIO TELIAUO et OUDOCEO et JOSEPH episcopo omnibus presulibus LANDAVIÆ villam CARNOU cum duobus modiis terræ et villam CRUCOU LEUGUIRN cum tribus modiis terræ et cum tota sua libertate et sine ullo servicio ulli homini terreno nisi ecclesiæ LANDAVIÆ et pastoribus ejus imperpetuo et data communione incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis verbo et consensu regis. De clericis testes sunt episcopus JOSEPH NOBIS presbiter GURCANT filius DUNNA. De laicis MERCHIAUN et filius ejus GURCANT GURCINNIF filius GURCI GISTRERTH filius GALLCUN. Quicunque custodierit benedictus sit. Qui autem violaverit maledictus sit. Amen.

Finis CRUCOU MORCANT rit ARUAITH ar MOURIC ar hit ir ford het di ar ir allt ad dextram iniaun di lin dir luhinn maur trus i ford di foss ar hit foss diuinid di GARTH BACAT dir luhinn ex alia parte GARTH BACCAT di guartha NANT HELA ar hint i pant NANT ELA dir main dir ford dir foss ar hit ir foss het PULL MOURIC di guairet guers trui i PULL di BRINN I CASSEC di PENN I GUERN MAINAUR dir ar i hit di guairet het PULL MOURIC ar hit ARUAITH ubi incepit.

(Rees L. L. pp. 251, 530.)

DXXXIX.

GRANT BY CADWALLON, SON OF GWRIAD, TO LLANDAFF, OF LLANSANFFREAD IN MAINAWR CRUGMAES.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 84.]

LANN SANT BREIT in MAINAUR CRUCMARC.

CATGUALLAUN filius GURIAT intermixtis quibusdam verbis cum quodam homine RIDERCH nomine filio BELI et in curia episcopi JOSEPH apud LANDAVIAM et in presentia illius percussit cum pugno donec fluxit sanguis de naribus et retentum fecit episcopus eum et in carcerem missum presentibus parentibus suis, patre suo GURIAT videlicet et GURCANO filio ITHAIL consobrino suo cum multis aliis astantibus. Et carceratus recognovit malefactum suum et requisivit veniam per intercessores apud episcopum offerens Sanctis DUBRICIO TELIAUO et OUDOCEO et episcopo JOSEPH ecclesiam Sanctæ BRIGIDÆ et cum tribus modiis terræ et cum finibus subscriptis, et concordiam condignam homini episcopi. Et inito consilio cum canonicis ecclesiæ et cum probis hominibus LANDAVIÆ accepit episcopus ecclesiam illam cum suo agro et cum tota sua libertate et data communione incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis et verbo patris sui GURIAT et concessione MOURICI regis MORCANHUC et perpetua donatione confirmata et missa super altare Sanctorum DUBRICII TELIAUI et OUDOCEI. De clericis testes sunt episcopus JOSEPH RUID sacerdos CUUEILLIAUC equonimus. De laicis GURCANT filius ITHAIL GURIAT et filius ejus CATGUALLAUN dissaith TEUDUR.

Finis illius est, latitudine o NANT BRACHAN het GLESIUS longitudine o finnaun liss het cimer ir dou NANT BRACHAN.

Quicunque custodierit custodiat illum Deus. Qui autem ab ecclesia LANDAVIÆ separaverit anathema sit. Amen.

(Rees L.L. pp. 252, 531.)

DXL.

CONFIRMATION BY GRUFFYDD, KING OF BRITAIN, OF ALL THE TERRITORIES OF THE CHURCH OF LLANDAFF, TO BISHOP HERWALD.

[VITELLIUS C.X. f. 86.] A.D. 1032—1061.

PRIVILEGIUM GRIFFIDI.

Pater Filius et Spiritus Sanctus tres in personis, unus in Deitate et essentia, Creator et gubernator totius creaturæ visibilis et invisibilis et super omnia formavit hominem ad imaginem et ad similitudinem suam dividens singula prout vult, et cui omnia serviunt in presentiarum, quibusdam tribuens regna et potestates, quibusdam modicas paupertates cum septiformi dono sapientiæ et intellectus consilii et fortitudinis scientiæ et pietatis et timoris inspiravit cor lapideum ingruente quadam infirmitate corporis GRIFUDI regis BRITANNIÆ et ut sic dicam totius GUALIÆ, de fine ad finem et calefactum Spiritus Sancti fervore videns igitur rex quod potestas ejus sicut flos foeni et caro ut cinis, conatus est pro transitoria substantia conquirere regnum floridum sine cassura, et celeste gaudium sine merore et tristitia, semota omni penuria, semet ipsum tribuens sub jugo pœnitentiæ et pœnitens fecisse quæ fecerat contra divina precepta, promisit se emendaturum jejunio et oratione et elemosina cum diversis metallis pretiosis largitis ab illo Deo egenis, viduis et orphanis et non degenerans a predecessorum nobilitate pietate et largitate imo mutans et precellens rigore et fortitudine tum contra barbaros ANGLOS ex una parte semper fugitivos visa facie sua in acie belli, tum contra HIBERNIENSES occidentales et semper fugaces, tam contra indigenas solito more belliocosas, tum contra DANAOS marinos, tum contra insularam ORCADUM habitatores et semper versis dorsis in fugam, et firmato fœdere ad libitum suum pacificatos, clamavit territoria omnia LANDAVIÆ ecclesiæ PETRI apostoli et Sanctorum confessorum DUBRICII TELIAUI et OUDOCEI de omni parochia ejusdem ab hostio TARATIR super ripam GUI,

usque ad ripam TIUGUI et insuper terras ejusdem LANN-TELIAU MAUR videlicet et PEN ALUN, cum multis aliis ecclesiis et telluribus suis omnibus et cum illis in BRECHINIAUC pluribus ut in cirographo demonstratur quæ habentur extra diocesim in episcopatu Sancti DEUUI et cum toto privilegio ut melius fuit tempore predecessorum suorum, quieta et tranquilla ab omni regali servicio nisi tantum oratione cotidiana pro animabus regum et principum BRITANNIÆ et firmata missis manibus super quatuor evangelia et in manu HERUUALDI episcopi consolidata et coram omni populo in die nativitatis Domini apud YSTUMGUY et oblata villa PENNROS in manu episcopi et omnibus presulibus LANDAVIÆ imperpetuo. De clericis testes sunt HERUUALDUS episcopus MORMARCH MERCHBIN TUTNERTH canonici LANDAVIÆ BENEDICTUS lector JOUANUL NOUIS ELINUI CINON JUDHAIL presbiteri TATHUI ABRAHAM archidiaconus GUENTI. De laicis Rex GRIFUD MARGETUD filius ejus CARATAUC filius RIGUALLAUN BYRGUYTH JUDHAIL filius TEUDUS EIDUINET FUEDLID BERDICGUENT CARATAUC filius GULBRIT. Et cum data communione omnibus incolis terrarum ecclesiæ et totum regnum suum in campo et in silvis in aqua et in pascuis.

(Rees L. L. pp. 257, 539.)

DXLI.

SYNOD OF LLANDAFF. KING CADWGAN GRANTS TO LLANDAFF THE LANDS OF HENRHIU GUNNA.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 85.] POST 1056.

HENN RIU GUNNUA.

Familia CATGUCAUNI Regis MORCANNUC filii MOURICI in die nativitatis Domini visitavit LANDAVIAM bono affectu et ut dicitur de virga AARON, versa in draconem, animus illius familiæ tardus ad sperandum bonum, velox ad faciendum malum et ditatus prænimio gaudio tantæ festivitatis, cepit baccare copia potationis, sequestrata discretione sobrietatis in tantum quod imperfecti viri amissa vi scientiæ et

pietatis devastaverunt unum familiarem et nepotem HERGUALDI episcopi BERTHUTIS nomine virum justum et medicum totius patriæ, et facta tam execrabili invasione et sub ala sanctorum DUBRICII TELIAUI OUDOCEI, et asilo misit episcopus legatos suos per omnes ecclesias totius suæ dioeceseos obtemperantes sibi infra hostium TARATIR super ripam GUI et ripam TYVI ut simul convenirent clerici majoris dignitatis electi tam quam inferiores apud LANDAVIAM et in plena synodo depositis crucibus cum sanctis reliquiis ad terram et versis cimbalis simul et clauso hostio ecclesiæ cum stipatis spinis et ita carentis servitio et pastore remansit diebus et noctibus facto anathemate familiæ Regis et sequestratæ a tota orthodoxe fidei sorte et audita tanta submotione et dilatata per patriam magno strepitorum et murmure cepit lex (*sic pro* Rex) lacrimari pro dampnatione familiæ suæ desideratis potius pacem cum suæ pastore quam participationem perpetratæ injuriæ, advocatis omnibus Comitibus suis requisivit veniam apud LANDAVIAM lacrimabili devotione simul et familia segregata a christianorum consortio et audita ejus prece et data sibi venia simul et familiæ juncta cum pœnitentia canonice, dixit rex positis manibus super altare PETRI apostoli et sanctorum confessorum DUBRICII, TELIAUI, et OUDOCEI et coram utroque populo clericali et laicali 'Confirmo hanc elemosinam tribuens Deo HEN RIU GUNUA videlicet et Sanctis predictis et episcopo HERWALDO et omnibus pontificibus LANDAVIÆ in sempiterna consecratione, libera ab omni servicio seculari et regali et cum data communione incolis in campo et in silvis in aqua et in pascuis.' De clericis testes sunt HERGUALDUS episcopus MORUARCH et MERCHUIN canonici. GULBRIT et TUTNERTH et SELIF JOSEPH lector CATOCI. AIDAN presbiter CATOCI, CATGUARET presbiter Sancti DOCUNNI. De laicis CATGUCAN Rex et frater ejus RISROTRI filius JACO CARATAUC filius GULBRIT CINNHOR filius RICHRIT EITHIN filius ELFIN, GUABEITH filius ELEU TEUDUR filius LAUR. Facto anathemate separaturis hanc elemosinam ab ecclesia LANDAVIÆ et a pastoribus ejus data autem benedictione servaturis et confirmaturis in quieta pace. Amen.

Finis illius est penn i guoun i penni i fos in i hit het i ford di crib ir allt i celli

cecyn i celli in i hit het pan discinn diguairet dir pull i bron e mil i gueir claud versus orientem ar hit i claud in pant trus i ford iuinid trui i pant di genou i rui ar CRIB IR ALLT in HENN tref GUCAUN diguairet trui i coit het i nant, i nant ar i hit het ir helic luin deinde i parth cled dir cruc arall iniaun trus i ford di penn CELLI GULIBLE di guor lurch JUDGUAL, GUORLURCH ni hit dir CARN dir cruc dir CARN ar hit i ford maur o mais i gueir claud in hit penn i gueir claud ubi incepit.

(Rees L.L. pp. 255, 537.)

DXLII.

RECORD OF THE CONSECRATION OF HERWALD, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 84 b.]

WHITSUNTIDE, A.D. 1059.

DE CONSECRATIONE HERWALDI EPISCOPI.

Prestante totius creaturæ visibilis et invisibilis auctore atque gubernatore, quem unum substantialiter trinumque personaliter in se et per se subsistere credimus et confitemur universis orthodoxæ fidei cultoribus universalem vitæ præsentis prosperitatem et æternalem immortalitatis fælicitatem.

Notum sit benivolæ prudentiæ legentium hoc dictamen ac intelligentium, quod celestis pastor ovilis Christus dominus cujus providentia atque dispensatione totum corpus ecclesiæ terrestris regitur ac disponitur humilem per manus impositionem JOSEPH episcopi LANDAVIÆ consecratum sacerdotem HERWALDUM et inter ANGLOS non modico tempore commorantem, et tam coram ipsis, quam coram suæ id est BRITANNICÆ gentis potestatibus, gratia et moribus preæfulgentem ad sacerdotalem dignitatem feliciter LANDAVENSIS ecclesiæ ejus largiflua miseratione clementer elegerit. Cujus unanimis electio, ab invicto rege GRIFIDO monarchia BRITONUM prepollente et MOURICO filio HOWEL consentientibus presulibus ac

sacerdotibus atque doctoribus omnibus terræ primoribus ac magnatibus et confirmata honorabiliter illius consecratio a summo archiepiscopo CYNISI[1] et ab aliis ANGLIÆ plurimis episcopis canonice consummata est. Sub cujus manu atque norma ipse suorum more precessorum episcopus extitit presente domino glorioso ANGLISAXONUM basilio EADWARDO cunctisque pontificibus et abbatibus, nec non archidiaconibus cum omnibus ecclesiæ ordinibus atque sapientibus hoc ratum esse firmiter ac stabiliter adjudicantibus pariterque benedicentibus in illa famosa synodo que LUNDONIÆ facta est in hebdomada Pentecostes anno M. L$^{mo.}$ IX$^{o.}$ ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, in quo deinceps omnium sapientium consilio hujusmodi decretum prolatum atque consolidatum est, ut si quis rex vel dux aut satrapa sive princeps vel quicunque prepotens huic pontifici vel ejus successoribus aut loco cui præesse et prodesse missus est succurrendo ac benefaciendo hoc pactum benedictionum observaverit et adimpleverit, corpore simul et spiritu conservetur in pace et quiete sanctorum omnium in secula seculorum. Amen.

(Rees L.L. pp. 254, 535.)

(1) Kinsy, Archbishop of York. ✠ 22 Dec., 1060.

DXLIII.

GRANT BY JESTYN AP GWRGAN, TO LLANDAFF, OF THE VILL OF MILUC, ON THE ELEY.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 86 b.]

POST A.D. 1043.

VILLA MILUC.

GISTINUS filius GURCANT misit familiam suam ad LANDAVIAM inflatam maligno spiritu, de cujus collegio quidam nequam, nomine TURGUERT comitante illum et preduce quodam juvene nepote GISTIN ENNIAUN nomine et instigante illos spiritu libidinis oblito signo sanctæ crucis et violato refugio sub asilo sanctorum DUBRICII TELIAUI et OUDOCEI et HERUUALDI episcopi rapuerunt virginem de sub ala

ecclesiæ aufugentem (*sic*) infra taxum et ecclesiam et ita raptam et devirginatam puellam nomine Ourdilat filia Cingual duxerunt et in eadem hora, ut dicitur, mirabilis Deus in sanctis suis, qua juvenis predictus cepit eam, ut diximus, bachatus est, et tota vita sua irrita et opprobrio plena, et facta tali invasione et violato refugio, maledixit episcopus Gistinum simul et malefactores, ablata eis tota Christianorum communione in omnibus. Et postquam Gistinus recognovit malefecisse erga Deum et pastorem suum, requisivit veniam lacrimabili devotione apud episcopum suum, et data sibi venia cum juncta pœnitentia et reddita rapina cum facta concordia immolavit Gistin villam Miluc Deo et Sanctis Dubricio Teliauo et Oudoceo et Heruualdo episcopo et omnibus pastoribus Landaviæ et cum tota sua libertate in campo et in silvis in aqua et in pascuis et sine ullo censu ulli homini terreno nisi ecclesiæ Landaviæ et liberam imperpetuo. De clericis testes sunt Heruualdus episcopus Mormarch presbiter Marchbuui presbiter Tutnerth Lifris filius episcopi archidiaconus et magister sancti Catoci Jonas presbiter Aidan presbiter sancti Catoci Gurci presbiter sancti Catoci Gurcinnif presbiter sancti Ilduti Johannes presbiter sancti Docunni. De laicis Gistinus filius Gurcant Caratauc filius Gulbrit Selif filius Cinnor Elfin filius Dissaith Mouric filius Guronui Ris filius Brochmail Cydrich filius Edrit Mei filius episcopi. Facta absolutione omnibus servaturis hanc elemosinam in tranquilla pace et in servitio Landaviæ separaturis autem ab ecclesia Landaviæ facto sibi perpetuo anathemate. Amen.

Finis illius est Cecyn ir allt i penn i claud tu ha tal ar hit bronn ir allt ad. IIII. dexteram dir cruc, or cruc iniaun i penn i i celli dir claud i claud in hit di guairet het i ford trus i ford iniaun het i main or main di perued lin i Gleinion in Elei Elei diuinid het islau rit ir main melin. O Elei diuinid dir riu ar hit ar riu ni hit trui i coit di ar ir allt diuscuid i coit ni hit het penn i claud trui ir coit ar hit i claud het Elei trus Elei dir claud. Claud ni hit dir ford dir claud iuinid dir bronn ir allt ubi incepit.

(Rees L.L. pp. 259, 541.)

DXLIV.

IMPERFECT RECORD OF THE DEATH OF HERWALD, AND CONSECRATION OF URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 89 b.]

14 MARCH, A.D. 1104. 11 AUGUST, 1107.

HERWALDUS LANDAVIÆ episcopus millesimo centesimo quarto incarnationis dominicæ anno quadragesimo vero octavo consecrationis suæ anno, sub rege HENRICO et ANSELMO CANTUARIENSI archiepiscopo pridie nonis MARCII (14th March) migravit ad Deum, et cessavit episcopatus quatuor annis cum quinque mensibus et VII. diebus et millesimo centesimo septimo incarnacionis dominicæ anno sub eisdem principibus ab eodem metropolitano et trigesimo secundo ætatis suæ anno, tertio Idus mensis AUGUSTI[1] URBANUS LANDAVENSIS ecclesiæ archidiaconus consecratus est in episcopum CANTUARIÆ presentibus episcopis ANGLIÆ GIRARDO EBORACI metropolitano MAURITIO LUNDANIENSI WINDULFO ROFFENSI RADULF CICESTRENSI ROBERTO LINCOLNIENSI ROBERTO CESTRENSI HERBERTO NORWICENSI RADULFO DUNOLMENSI JOHANNI BATHONIENSI et in eodem die simul . . . . (rest wanting).

(Rees L.L. pp. 268, 552.)

(1) 11th August.

DXLV.

GRANT BY KING MEURIG TO BISHOP OUDOCEUS AND THE CHURCH OF LLANDAFF OF LANDS AT RIUGRAENAUC, NANTAVAN, AND GUERBERTH VILLAGE.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 49.]

RIU GRAENAUC NANT AUAN VILLA GUERBERTH.

MOURICUS Rex et CYNUETU convenerunt insimul LANDAVIÆ et presente OUDOCEO episcopo juraverunt ante positis reliquiis sanctorum ut firmam pacem

inter se tenerent. Facta juratione, post intervallum occidit Rex Mouricus dolo, Cynuetu et postea episcopus Oudoceus convocavit omnes clericis suos ab hostio Taratyr yn Guy usque ad Tyui cum tribus abbatibus suis Concen abbate Carbane vallis Catgen abbate Ilduti Sulgen abbate Docguinni et plena synodo excommunicavit regem Mouricum propter homicidium ab eo perpetratum et propter pactum factum presentia sui et super altare Petri apostoli et sanctorum Dubricii et Teliaui transgressum et ita inclinando cruces ad terram, simul et patriam dimisit sine baptismo et communione Christiana maledixit regem cum progenie confirmante synodo et dicente 'fiant dies ejus pauci et fiant filii ejus orphani et uxor ejus vidua.' Et remansit Rex cum tota regione sua spatio duorum annorum et eo amplius sub eadem excommunicatione. Post hoc Rex non potuit tam diu durantem excommunicationem tantam amplius sustinere videns perditionem animæ suæ et dampnationem regni veniam requisivit apud sanctum Oudoceum Landaviæ et effusis lacrimis cum inclinato capite et coram tribus abbatibus Oudoceus episcopus imposuit ei jugum pœnitentiæ ad modum qualitatis et quantitatis, commendans ei ut tribus modis emendaret, apud Deum et ecclesiam Landaviæ videlicet jejunis et oratione et elemosinis. Rex Mouricus accepto jugo pœnitentiæ dedit quatuor villas pro redemptione animæ suæ et pro anima Cynuetu ecclesiæ Landaviæ et in manu Oudocei episcopi et omnibus suis successoribus cum tota sua libertate et ab omni servitio liberas imperpetuo et cum tota communione per patriam suam manentibus in his terris in campo et in silva in pascuis et in aqua. I^a. Riugraenauc, II^a. Nantauan, III^a. est in qua occisus est Cynuetu ultra Nadauan, IIII^a. trans Nadauan ubi filius regius mechatus est A palude Elleti usque Nadauan, id est villa Gurberth de illis quatuor XXIIII. modii terrarum. De clericis testes sunt Oudoceus episcopus Concen abbas Carbani vallis Catgen abbas Ilduti Sulgen abbas Docuinni Conbran Sedoc Cynur Cetcu Lyggessauc Gunguare. De laicis Mouric Rex cum filio suo Frioc et nepote Morcant filio Athruis Cunblus Briauail Gendic Guedgen Guengarth.

Qui custodierit custodiat illum Deus. Qui autem separaverit ab ecclesia LANDAVIÆ, anathema sit.

Finis RIUGRAENAUC a NADAUAN, ducente fossa per longitudinem sursum ad rufum lacum in trivio montis.

(Rees L.L. pp. 139, 396.)

DXLVI.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO WILLIAM, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, IN FAVOUR OF URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 36.] 14 MARCH [1131].

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus W. CANTUARIENSI archiepiscopo ejusque suffraganeis episcopis salutem et apostolicam benedictionem.

Venerabilis frater noster URBANUS LANDAVENSIS episcopus qui modo ad nostram devote venit presentiam studiosi de more pastoris, pro utilitate ecclesiæ sibi commissæ, quamvis ætas et ægritudo resisterent, plurimum cognoscitur laborasse, verumtamen inspecto eo quod ei de parochialibus terminis a predecessore nostro sancte recordacionis papa HONORIO judicatum est, quia utriusque ecclesiæ justitiam plenius cognoscere desideramus, adhibito fratrum nostrorum consilio, nichil innovavimus. Per præsentia igitur scripta fraternitati vestræ rogando mandamus, quatenus ipsum utpote religiosum virum honoretis, ac diligatis, et ne interim de parochia illa super quam B. de Sancto DAVID adversus eum conqueritur aliquam imminutionem sustineat, sed in pace possideat et quiete prudentia vestræ discretionis efficiat. Ad hæc nihilominus dilectionem tuam, frater archiepiscope deprecamur quatenus pro caritate beati PETRI et nostra clericis suis, UCTREDO archidiacono, et ISAAC bonam voluntatem tuam et gratiam reddas.

Datum apud Sanctum QUINTINUM IJ. Idus MARTII.

(Rees L.L. pp. 62, 608.)

DXLVII.

INDULGENCE BY RALPH, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, TO ALL CONTRIBUTING TOWARDS THE BUILDING OF THE CHURCH OF LLANDAFF.

A.D. 1114 AND 1122.

RADULPHUS, Dei Gratia CANTUARIENSIS archiepiscopus, omnibus ecclesia filiis, FRANCIS et ANGLIS, atque GUALENSIBUS, et cujuscunque sunt nationis hominibus, salutem, et benedictionem Dei, et suam.

Rogamus charitatem vestram, ut oculis misericordia respicere velitis indigentiam LANDAVENSIS ecclesiæ; confisi etenim de vestrarum eleemosynarum auxilio eandem ecclesiam ædificare disposuimus; ut ibidem populus Dei convenire possit ad audiendum verbum Domini. Quicunque igitur, ad ædificationem prædictæ ecclesiæ, aliquid de suo impertire pro charitate Dei voluerit, sciat se nostrarum orationum et beneficiorum esse participem; sed et de onere pœnitentiæ suæ, quod sibi a suis confessoribus impositum est, quartam partem ei, de misericordia Dei, et potestate nostri ministerii confisi, relaxamus.

(Rees L.L. pp. 83, 554.)

DXLVIII.

GENERAL CONFIRMATION OBTAINED FROM HENRY I. BY THE MONKS OF TEWKESBURY.

[COTTON MSS. CLEOP. A. VII. f. 70 b.] A.D. 1106.

Generalis confirmatio HENRICI Regis primi in qua confirmat anno Dominice incarnacionis M.CVI. apud WINTONIAM ecclessie de THEOKESBURIA has res subscriptas quas ROBERTUS filius HAMONIS et plures alii homines dederunt vel quas abbas GEROLDUS emit scilicet in primis terram de BURNETE unam hidam etc. . . . . In WALLIA ecclesiam parochialem Sancte MARIE in burgo de KAIRDIF cum una carucata terre. Decimas omnium reddituum dominicorum de

burgo de KAIRDIF. Decimas tocius dominii quod R. filius HAMONIS habuit in WALLIA. Omnes decimas omnium baronum R. filii HAMONIS per totam terram de WALLIA. Totum brachium aque de TAF quod est juxta ecclesiam ex quo exit de TAF quousque reintrat in TAF ad faciendas piscarias et quaslibet utilitates ecclesiæ. Pratum ultra aquam juxta ecclesiam. Villulam que vocatur LANDOCHAN. Terram quam dedit WALTERUS de RAMBL'. [1] Decimam terre quam abbas de GLOUCESTRIA habet in LANCARUAN. Ecclesiam de LANDILTUIT. Terram quam dedit WALKELINUS. Molendinum de RAZ [2] et piscarias quas dedit ROBERTUS de HAIA. Terram quam ROBERTUS filius NICHELLI dedit. Ecclesiam de Novo CASTELLO. Hec omnia confirmaverunt secum Barones sui.

Endorsed—'Generalis confirmacio Henrici Regis primi impetrata a monachis Theokesburiensibus.'

(1) Llanblethian ? (2) Roath.

Before the foundation of Neath and Margam, the Abbeys of Tewkesbury and St. Peter's, Gloucester, were the regular recipients of the donations by which Fitz Hamon and Earl Robert sought to gain the support of the Church. De Haia was a donor to the Church of Glastonbury, and held lands, and probably resided, at Bassalech, and in the adjacent Church of Gauless or St. Woolos, at Newport, there remains a monumental effigy thought to represent one of the family. It is probable that the heiress of de Haia married Berkerolles of St. Tathan's, in Glamorgan.

DXLIX.

ANOTHER VERSION OF THE PRECEDING.

[IBID. f. 71 b.] A.D. 1107.

Generalis confirmacio ejusdem Regis HENRICI primi in qua confirmat anno incarnacionis Dominice M.CVII. apud WINTONIAM ecclesie Sancte MARIE et monachis de THEOK' has res subscriptas quas vel ROBERTUS filius HAMONIS vel Barones et alii Christi fideles dederunt vel quas abbas vel monachi de rebus ecclesie emerunt. In primis ecclesiam Sancti PAULI de BRISTOLLIA etc. . . . . . . In WALLIA ecclesiam Sancte MARIE parochialem de burgo de CAIRDIF cum una carucata terre. Capellam de Castello de CAIRDIF cum una carucata terre.

Decimas tocius dominii quod ROBERTUS filius HAMONIS habuit in WALLIA de den' et omnibus rebus. X'mas omnium Baronum ROBERTI filii HAMONIS per totam terram de WALLIA. Totum brachium aque de TAF ex quo exit de TAF quousque reintrat in TAF ad faciendas piscarias. Et quaslibet utilitates ecclesie. Pratum ultra aquam juxta ecclesiam. Villulam qua vocatur LANDOCAN. Terram quam dedit WALTERUS de LANBLETH'. X'mam terre quam abbas de GLOUCESTRIE habet in LANDCARVAN. Ecclesiam de LANDILTUIT. Terram quam WALKELINUS dedit. Molendinum de RAZ. Et piscarias quas dedit ROBERTUS de HAIA. Terram quam ROBERTUS NICHELLI dedit. Ecclesiam de NOVO CASTELLO. Hec autem confirmacio sic incipit 'Omnes ecclesie Catholice.'

Title—' Item. Generalis confirmacio Regis Henrici primi postea impetrata.'

DL.

PETITION OF THE CLERGY AND LAITY OF THE CHURCH OF GLAMORGAN TO ARCHBISHOP ANSELM, FOR THE ORDINATION OF URBAN, BISHOP OF THAT CHURCH.

[HARL. ROLL. A. 3, VII.]

BEFORE 11TH AUGUST, 1107.

Venerando sanctæ CANTUARIENSIS æcclesiæ metropolitano ANSELMO clerus et populus æcclesiæ CLAMORGATENSIS debitam subjectionem.

Vestræ paternitati est cognitum quantum temporis est ex quo accidentibus variis eventibus ecclesia CLAMORGATENSIS suo sit viduata pastore . ac destituta rectore . quod non solum ad nostrum verum et ad vestrum ac omnis vestræ dioceseos detrimentum pertinere dinoscitur . cum totius provintiæ sollicitudinem metropolitano constet esse commissam. Propterea elegimus WIGORNIENSIS æcclesiæ presbiterum nomine URBANUM nobis sufficientissime cognitum . natalibus et moribus nobilem . apostolica et æcclesiastica disciplina imbutum . fide catholicum . natura prudentem docilem patientem moribus temperatum vita castum sobrium

humilem affabilem misericordem litteratum in lege Dei instructum in scripturarum sensibus cautum in dogmatibus ecclesiasticis exercitatum et secundum scripturarum tramitem traditionemque orthodoxorum et canonum ac decretorum sedis apostolicæ presulum constitutiones sano sensu æcclesiasticas regulas intelligentem sanoque sermone docentem atque servantem amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem et cum modestia corripientem eos qui resistunt et qui sanæ doctrinæ adversantur eis resistere et redarguere prævalentem hospitalem modestum suæ domui bene prepositum non neophitum habentem testimonium bonum in gradibus singulis secundum traditionem æcclesiasticam ministrantem ad omne opus bonum et ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in illo est spe paratum. Quem vobis quantotius petimus ordinari Pontificem quatinus auctore domino regulariter nobis præsse valeat et prodesse et nos sub ejus regimine salubriter militare possimus quia integritas præsidentium salus est subditorum. Et ubi est incolumitas obœdientiæ ibi sana est forma doctrinæ.

Bishop Urban, for whose appointment while a Priest of the Diocese of Worcester, the Glamorgan folk, lay and clerical, thus petitioned the Archbishop, was but 32 years of age. The result was his consecration to the see 10th August, 1107, and his conduct well justified the appointment. He found the Church a ruin, the see neglected, the revenues considerably impoverished by the wars, and ill administered. He addressed himself at once to the Pope, then Calixtus II., and with very considerable effect, obtaining letters from Rome to King Henry I., the Archbishop, the great Nobles of the district, and the Clergy of the diocese. He attended the Council of Rheims in 1119, and subsequently made four journeys to Rome. From Calixtus II. he obtained six Bulls, from his successor, Honorius II., seventeen Bulls, and from Innocent II. nineteen Bulls, in all 42 Bulls, the great result of which was the restoration and enlargement of the Cathedral Church, a considerable increase in the revenues of the see, and the establishing of an advantageous convention with his great and close neighbour, Robert Earl of Gloucester.

Much of his energy was directed to the recovery of certain districts to the west, including Gower and parts of Carmarthen, which in the centuries preceding the Conquest, and probably down to that event, seem to have been within the spiritual jurisdiction of the Bishops of Llandaff. By some means, however, they had become included within the see of St. David's, and although the Popes took Bishop Urban's view, and strongly supported it, St. David's gained the day, and has ever since extended over Gower and into Kilvay. Nevertheless, Urban was a great Bishop, and probably the strongest advocate for the rights of the see from the conquest down to the Reformation. He may be said to have died in harness, for his death occurred in 1133 while on his way to Rome, in order further to prosecute the interests of the diocese.

DLI.

POPE CALIXTUS II. TO THE CLERGY AND LAITY OF LLANDAFF, URGING OBEDIENCE TO BISHOP URBAN.

16 Oct., 1119.

Calixtus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, clericis, monachis, et laicis, in Landavensis ecclesiæ parochia constitutis, salutem et apostolicam benevolentiam.

Venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum Urbanum Episcopum vestrum, benigne suscepimus; et oppressionem vestræ ecclesiæ audientes, debita ei affectione compassi sumus; siquidem insinuavit nobis matrem vestram Landavensem ecclesiam usque adeo monachorum quorundam, clericorum, necnon et laicorum invasionibus et rapinis attritam, ut in ea episcopus manere vix possit. Quod profecto et nobis grave est, et ad vestrarum spectat periculum animarum. Vestram itaque universitatem literis præsentibus visitantes, monemus, atque præcipimus, ut eundem fratrem nostrum affectione debita diligatis, et debitam ei tanquam patri et pastori vestro, reverentiam et obedientiam impendatis. Porro commissam sibi ecclesiam, matrem vestram, sicut boni filii adjuvare, et ablatas ei possessiones et bona recuperare, secundum datam vobis a Domino facultatem viriliter studeatis, aliis quoque ecclesiis Landavensis parochiæ debita persolventes revelationis et restaurationis eis manum apponere procuretis; per hoc enim, et omnipotentis Dei benedictionem, et gratiam et remissionem vestrorum consequemini peccatorum.

Datum Suessoni. xvii. calend. Novembr.

(Rees L.L. pp. 89, 562.)

DLII.

POPE CALIXTUS II. TO WALTER, SON OF RICHARD, AND OTHERS, ADMONISHING THEM AGAINST INJURING THE CHURCH OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 41 b.] 16 OCT., 1119.

CALIXTUS episcopus servus servorum Dei dilectis filiis, monachis, capellanis, canonicis, WALTERO filio RICARDI, BRIANO filio COMITIS, WILLELMO filio BADRUN, ROBERTO de CANDOS, GEFRIDO de BROI, PAGANO filio JOHANNIS, BERNARDO de NOVO MERCATO, GUMBALDO de BADALON, ROGERIO de BERKELE, GUILLELMO vicecomite de CAIRTI, GUILLELMO filio ROGERII de RENNI, ROBERTO filio ROGERI, ROBERTO CUM TORTIS MANIBUS, et ceteris per LANDAVENSEM episcopatum nobilibus, salutem et apostolicam benevolentiam.

Matris vestre LANDAVENSIS ecclesiæ ad nos querela pervenit pro eo quod per vos bonis suis expoliata, et fere in nihilum redacta sit. Vnde nos affectione debita condolentes, presentes ad vos literas destinamus, monentes ac precipientes, ut terras, decimas, oblaciones, sepulturas, et bona cætera quæ aut eidem ecclesiæ aut aliis de ipsius parochia ecclesiis nequiter abstulistis et detinetis, seposita dilatione reddatis. Iniquum est enim ut filii matrem lacerent et illius bona diripiant quam omnino tueri et de suis debebant facultatibus adjuvare. Sane si nostris monitis obedire, et prædictam matrem vestram curaveritis adjuvare, omnipotentis Dei, et beati Petri, et nostram poteritis gratiam optinere, alioquin nos, præstante Deo, in vos tanquam in contemptores et sacrilegii reos, sententiam quam venerabilis frater noster URBANUS episcopus vester canonica equitate protulerit, confirmamus.

Datum SUESSONI. XVIJ. calend. Novembr.

(Rees L.L. pp. 89, 561.)

DLIII.

POPE CALIXTUS II. TO RALPH, ARCHBP. OF CANTERBURY, IN FAVOUR OF THE CHURCH OF LLANDAFF.

16 Oct., 1119.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Radulpho Cantuariensi Archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sic fratrum quinam plenius id noverunt, suggestione cognovimus, Landavensis ecclesia ita bonis suis et per episcopos, et per laicos expoliata est, et redacta pene in nihilum videatur. Rogamus itaque sollicitudinem tuam, et precipimus, ut ei super iis qui bona ejus detinent justitiam facias, et precipue super episcopo Sancti Deui, et super Episcopo Herefordiæ, qui injuste terras et parochias ejusdem dicuntur ecclesiæ obtinere.

Datum Suessoni. xvij. calend. Novembr.

(Rees L.L. pp. 88, 560.)

DLIV.

POPE CALIXTUS II. TO URBAN, BISHOP TAKING THE CHURCH OF LLANDAFF UNDER APOSTOLIC PROTECTION.

[Cotton MSS. Vit. C.X. f. 41.] 16 Nov., 1119.

Calixtus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Urbano Landavensis ecclesie episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuo.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad sedis apostolice portum confugiens ejus tuitionem devotione debita requisivit nos, supplicationi tue clementer annuimus, et beati Petri sanctorumque confessorum Dubricii, Teliaui, Oudocei, Landavensem ecclesiam, cui Deo auctore presides in apostolice sedis tutelam excipimus. Per presentis igitur privilegii paginam appostolica auctoritate

statuimus ut ecclesia vestra cum sua dignitate ab omni secularis servitii gravamine libera maneat et quieta. Quecunque vero concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis ad eandem noscuntur ecclesiam pertinere ei firma in posterum et integra conserventur. In quibus hec propriis duximus nominibus annotanda. LANDAVIAM scilicet cum territorio suo, ecclesiam ELIDON, ecclesiam sancti YLARII, Sancti NISIEN, Sancti TEILIAUI de MERTHIR mynor, Sancti TEILIAUI de LANNERGUALT, LAN ILDUT, LANN PETYR, CULALANN, LANN CYNGUALAN, LANN TEILIAU, portulon, LAN TEILIAU TALYPONT, LANN GEMEI, LANN DODEI CILCYNHINN CRUCH guernen, villam LANN CATGUALATYR cum ecclesia Sancti CYUUI, villam Sancti TYUAUC cum ecclesia, villam HENRIU cum ecclesia, villam MERTHIR TEUDIRIC cum ecclesiis, villam Sancti OUDOCEI cum ecclesia, villa Sancti NUUIEN cum ecclesia, villam TYUYSAU cum ecclesia, villam LANN CINN cum ecclesiis, villam LANNGUERN CYNUC cum ecclesia, villam MERTHIR DINCAT cum ecclesia: LANNGARTH, Sancti TEILIAUI de PORTHHALAUC, Sancti TEILIAUI DECRESSUNE, ecclesiam Sancti CLETAUCI, ecclesiam Sancti SULBIU, villam PENVEY cum ecclesia, LANHELICON, LANN MIHACGEL maur, villam CAIRDUICIL cum ecclesia, ecclesiam Sancti CATOCI, LAN COIT, TALPONTESCOP, LANGUONHOILL, RIUBREINN, CAIRCASTELL, PENNIPRISC, TREFMEIBION, OURDEUEIN, TREFMAIN, TREFMEIBION, GUICHTRIT, TREFRITA, LANN DINUUL cum ecclesia, et cum decimis, oblationibus sepulturis, territoriis, refugiis et libera communione earum. Quecunque preterea in futurum largiente Deo juste atque canonice poterit adipisci quieta ei semper et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat predictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare sed omnia ei cum parochie finibus integra conserventur tam tuis quam clericorum et pauperum usibus profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eum temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfaccione congrua emendaverit potestatis

honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri JHESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesie justa servantibus, sit pax domini nostri JHESU CHRISTI quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud dictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Calixtus catholicæ ecclesiæ episcopus. S.

Datum SUESSIONI per manum GRISOGONI Sanctæ ROMANÆ ecclesie diaconi Cardinalis ac bibliothecarii, XVIJ., Kalend, NOVEMBR. Indictione XIII. Incarnacionis dominicæ anno millesimo centesimo XVIIIJ. Pontificatus autem Domini CALIXTI secundi a°. primo.

(Rees L.L. pp. 85, 557.)

DLV.

URBAN, BISHOP OF LLANDAFF, TO POPE CALIXTUS II., INVOKING AID AGAINST THE BISHOPS OF HEREFORD AND ST. DAVID'S.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 40 b.] AFTER 1119.

Venerabili CALIXTO apostolico et totius Christianitatis summo patrono URBANUS LANDAVENSIS ecclesiæ episcopus fidele servitium et orationes debitas.

Ecclesia Dei, nostraque sub Deo et vobis vestræ misericordiæ et pietati hanc dirigit epistolam, suppliciter rogat, ut pro summo rege, CHRISTO, eam precipiatis diligenter vobis recitari et a vobis misericorditer exaudiri. A tempore antiquorum patrum dilectissime pater et domine sicut cyrografum[1] sancti patroni nostri TELIAUI testatur hæc ecclesia predicta prius fundata in honore sancti PETRI apostoli aliarum omnium ecclesiarum GUALLÆ semper magistra extitit in dignitate et in omni privilegio, donec tandem per seditiones et tot bellorum flagitia et inveterato antecessore meo HERWALDO et inde debilitato, ecclesia cepit debilitari, et fere viduata pastore et annichilata indigenarum crudelitate et invasione super-

venientis gentis NORMANICÆ. Semper tamen religiosi viri ad serviendum in ea heserunt, tum propter ANGLORUM vicinia, a quibus in ecclesiastico quidem ministerio nichil discrepabant, quia apud eosdem fuerant tam nutriti quam eruditi, tum etiam quod ab antiquis temporibus, id est a tempore ELUTHERII pape sedis ROMANÆ episcopus illius loci, et post adventum AUGUSTINI in BRITANNIAM insulam DOROBERNENSIS ecclesie metropolitano ejusdem archiepiscopo simul et regi ANGLORUM semper fuerat subditus et per omnia obediens. Novissime autem WILLELMO Rege regnante, maxima cleri parte jam deleta . XXIIIJ. tamen canonicis ecclesia fuerat munita. Quorum in presenti nulli preter duos in ea remanent et in dominio ecclesie quatuor carrucæ et quatuor libræ, nec tantum in territoriis ablatis nunc ecclesia desolata et despoliata, verum etiam in decimis ablatis sibi et omnibus clericis totius episcopatus tam laicali potestate quam monarchorum invasione, quam etiam fratrum nostrorum episcoporum HERFORDIE videlicet et Sancti DEUI territorium simul et parochiæ grandi invasione. Nunc precor vos ut patrem velut inermis armatum et debilis fortem quatinus ecclesie nostræ vobis commissæ succurratis, ut qui vos fecit, ipse vos manuteneat et post laboris terminum perducat vos ad perhenne solatium. Amen.

(Rees L.L. pp. 83, 555.)

(1) The Book of St. Teilo.

DLVI.

WILLIAM, ARCHBP. OF CANTERBURY, TO URBAN, BISHOP OF LLANDAFF, ORDERING HIM TO ATTEND A COUNCIL AT LONDON, ON 8TH SEPT., 1125 (?).

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 33.]

SUMMONITIO WILLELMI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI.

WILLELMUS CANTUARIENSIS archiepiscopus URBANO LANDAVENSI episcopo salutem.

Litteris istis tibi notum facere volumus quod JOHANNES ecclesiæ ROMANÆ presbiter Cardinalis atque Legatus legis ordinacione nostraque conniventia con-

cilium celebrare disposuit LUNDONIE in nativitate beate semper virginis MARIE. Propterea precipimus ut in prefato termino in eodem loco nobis occurras cum archidiaconibus et abbatibus et prioribus tuæ dioceseos, ad definiendum super negotiis ecclesiasticis et ad informandum seu corrigendum quæ informanda vel docenda seu corrigenda docuerit sententia convocationis nostræ.

Council of London or Westminster, 8th or 9th of September, 1125, on discipline, and against the immoralities of priests. (Nicholas p. 234.)

DLVII.

CARDINAL LEGATE JOHN'S INDULGENCE IN FAVOUR OF THE CONTRIBUTORS TO THE REBUILDING OF LLANDAFF CATHEDRAL.

[COTTON MSS. VITELLIUS C. X. f. 32 b.] 1108—1133.

EXHORTATIO JOHANNIS PRESBITERI CARDINALIS ET LEGATI ROMANÆ ECCLESIÆ SIMUL ET PERDONATIO AB EO DATA OMNIBUS AUXILIATORIIS LANDAVENSEM ECCLESIAM.

Frater JOHANNES sanctæ ROMANÆ ecclesiæ presbiter Cardinalis et Legatus fidelibus omnibus per ANGLIAM et WALIAM constitutis salutem et benedictionem. Ad LANDAVENSEM ecclesiam ex debito nostræ legationis accedentes et paupertate oppressam et bonis suis ac possessionibus expoliatam invenimus. Veruntamen venerabilis frater noster URBANUS ejusdem loci episcopus ecclesiam ipsum reedificare a fundamentis incepit, quod sine elemosinarum vestrarum auxiliis non poterit consummare. Rogamus itaque universitatem vestram et remissionem vobis injungimus peccatorum, ut locum ipsum beneficiis vestris et elemosinis juvare et sustentare velitis. Nos quoque in beneficium vos et orationes matris nostræ ROMANÆ ecclesiæ suscepimus indulgentiam [quam] CANTUARIENSES archiepiscopi fecerunt apostolica auctoritate firmantes. Preterea de habundantia sedis apostolicæ XIIIJ$^{cim.}$ vobis dies de vestra remittimus pœnitentia. Obedientes vos monitis nostris gratia divina custodiat.

(Rees L.L. pp. 46, 589.)

DLVIII.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO WILLIAM, ARCHBISP OF CANTERBURY, RESPECTING COMPLAINT BY URBAN, BISHOP OF LLANDAFF, AGAINST THE BISHOP OF ST. DAVID'S.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 29.] 19 APRIL (1128?)

HONORIUS etc. etc. Dei venerabilibus fratribus WILLELMO CANTUARIENSI archiepiscopo apostolice sedis Legato et episcopis per ANGLIAM constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Frater noster URBANUS LANDAVENSIS episcopus ad sedis apostolice clementiam veniens, se in conventu et ante nostram presentiam, super episcopis BERNARDO Sancti DEUI, et RICARDO HERFORTENSI de parochia episcopatus sui ab eis detenta, querelam deposuisse asseruit. Ceterum fratres ipsi nullum ei de queremonia sua responsum reddentes ordine transposito, eandem super aliis ceperunt impetere. Quod tam sacrorum statutis canonum, quam legalibus sanctionibus obvium esse non extat ambiguum. In judicio namque et unius disceptatione negotii, reus, nisi per exceptionem, actor effici nequaquam potest. Ipse vero ordinem judicii postulans, ut prius, de his quæ objecerat sibi rationabiliter responsum daretur a tua discretione frater archiepiscope, qui pro judice residebas, expetiit. Quia vero quod optabat optinere non potuit, magnum sibi gravamen sentiens irrogari, ROMANAM audientiam, quæ oppressis commune suffragium est, appellavit, et prenominatos episcopos BERNARDUM et RICARDUM, ut in nostra presentia mediante quadragesima, suis responderent queremoniis, invitavit. Verum ipse nobiscum aliquandiu moratus est, invitati vero prefixo termino nec venerunt, nec responsales miserunt. Nos igitur ex communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium deliberacione, audita super hoc duorum testium assertione, eum de parochia unde conquestio fuerat, videlicet ERGIN, ISTRATUI, GUHIR, CETGUELI, Cantref BUCHAN, salva justicia ecclesiarum HERFORTENSIS et Sancti DEUUI

investivimus. Terminum vero tam URBANO LANDAVENSI episcopo, quam B. et R. episcopis mediantem quadragesimam statuimus, et tunc utraque pars expositis suis, in nostra presentia rationibus, quod justitiæ ratio dictaverit, optinebit. Interim autem precipimus ut frater URBANUS parochiam illam, de qua disceptatio fuerit, integre, quiete, est absque alicujus contradictione optineat. Tu ergo frater archiepiscope supradictos episcopos B. et R. parochiam ipsam occupare, aut pervadere, vel per se vel officiarios suos nullo modo permittas.

Datum LATERANI. 13 kalendis Maii.

(Rees L.L. pp. 34, 573.)

DLIX.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO URBAN, BISHP. OF LLANDAFF, CONFIRMING THE POSSESSIONS OF THE SEE.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 28.] 19 APRIL, 1128.

HONORIUS etc. etc. Dei venerabili fratri URBANO LANDAVENSI ecclesie episcopo ejusque successoribus canonice promovendis imperpetuum.

In eminenti apostolice sedis specula, disponente domino, constituti ex injuncto nobis officio fratres nostros episcopos debemus diligere, et ecclesiis sibi a Deo commissis suam justitiam conservare. Proinde karissime in Domino frater URBANE episcope tuis rationabilibus postulationibus annuentes, beati PETRI sanctorumque confessorum DUBRICII TELIAUI OUDOCEI LANDAVENSEM ecclesiam cui Deo autore presides in apostolice sedis tutela excipimus. Per presentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut ecclesia vestra cum sua dignitate ab omni secularis servicii gravamine libera maneat et quieta. Quecunque vero concessione pontificum, liberalitate principum, oblacione fidelium, vel aliis modis ad eandem ecclesiam juste et canonice pertinere noscuntur, ei firma imposterum et integra conserventur. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda. LANDAVIAM scilicet cum territorio suo, ecclesiam ELIDON,

ecclesiam Sancti HILLARII, Sancti NISIEN, Sancti TELIAUI de MERTHIR minor, Sancti TELIAUI de LANGERUALL, Sancti PETRI, Sancti ILDUTI, villam LANNGATGUALATER cum ecclesia Sancti CIUIN, villam Sancti TANAUC cum ecclesia, villam HENRIU cum ecclesia, villam MERTYR TEUDIRIC cum ecclesiis, villam Sancti OUDOCEI cum ecclesia, villam Sancti NUIUEN cum ecclesia, villam TANASAN cum ecclesia, villam LANNCIM cum ecclesiis, villam LANNGUERN CINUC cum ecclesia, villam MERTHYR DINCAT cum ecclesia LANNGARTH, Sancti TELIAUI de PORTH HALAUC, Sancti TELIAUI de CRISINIC, ecclesiam Sancti CLETAUCI, ecclesiam Sancti SULBUI, villam PENNIUEI cum ecclesia, villam Sancti TELIAUI de TALIPONT LANN HELICON LANMIHAGGEL maur, villam CAIRDUICIL cum ecclesia, ecclesiam Sancti CATOCI, LANNCOIT, TALPONESCOP, LANNGUNHOILL RIU BREIN CAIR CASTELL, PENN I PRISC, TREF MEIBION, OURDEUEIN, TREFMAIN, TREF MEIBION GUICHTRIT, TREF RITA, LANN DINEUL cum ecclesia, ISTRAT ELEI, TREF GINHIL TREF LAUR, TREF CRINTORTH, TREF MILUC, CARN ELFIN, MERTHIR ONBRIT, inis MARCHAN cum molendino et maritimis infra TAF et ELEI, inis BRATGUEN, tref GILLIC, inis PEITHAN LANN DILULL, PENNOUN LANNSANFREIT, tref meibion AMBRUS, ecclesiam PENNTIRCH, MERTHIR CIUILINER MERTHIR BUCEIL, duodecim acras quas WILLELMUS de CANTELO per vim possederat et tandem vestre reddidit ecclesie LANNGEMEI LANNCINGUALAN CILCUIHIN PORTH TULON PENN INEI LANN DOTEI CULALAN, CRUC GUERNEN GUOCOF, nant BARAEN, GULICH LUIN ELIDON, Tref BLEDGUR MABACHES, Tref BLEDGUINT, HENRIU GUNMA, MERTHIR ILAN, LANN MEIR PENN ROS, LANN di PALLAI, PORTHISCEUIN, LLANMIHAGEL LICLIT Tref IRIDIOUEN, TROUMUR, villam LANN CINMARCH cum prato et coretibus suis super GUAI et terram infra Castell GUENT. PENN CELLI GUENUC CESTILL DINAN cum silva et prato et maritimis et GUORUND PENICHEN GUOVILIUIUC DUI GUENT EUIAS, ISTRATOUR cum decimis, oblationibus, sepulturis, territoriis, refugiis, et libera communione earum. Quecumque preterea in futurum largiente Deo justis modis poterit adipisci, quieta ei semper et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat predictam eccle-

siam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia ei cum parochiæ finibus integra conserventur tam suis quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiore commonita, si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri JESU CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ justa servantibus sit pax domini nostri JESU CHRISTI quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

✠ Oculi domini super justos (in a circle).

Ego HONORIUS catholicæ ecclesiæ episcopus. S. XIIJ. Kalend. Maij. Indictione. VJ. incarnationis dominicæ anno 1128. Pontificatus autem Domini HONORII secundi Pape, anno quinto.

(Rees L.L. pp. 31, 570.)

DLX.

BULL OF HONORIUS II. TO KING HENRY I., IN FAVOUR OF THE BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 29 b.] 19 APRIL [1128?]

HONORIUS etc. etc. Dei Karissimo in Christo filio HENRICO illustri ANGLORUM Regi salutem et apostolicam benedictionem.

Frater noster URBANUS LANDAVENSIS episcopus ad apostolicæ sedis clementiam se in conspectu WILLELMI KANTUARIENSIS archiepiscopi gravatum fuisse asseruit. Cum enim de parochia sua ab episcopis videlicet BERNARDO Sancti DEUUI et RICARDO HERFORTENSI detenta, justitiam quæreret, optinere non potuit, Ideoque ROMANAM audientiam, quæ oppressis commune suffragium est, appellavit et ter-

minum eis preteritum, mediantem quadragesimam, ut in nostra presentia de predicta parochia quod ratio dictaret, sibi facerent indixit. Ipsi vero venire contemnentes nec etiam responsales miserunt. Nos ergo habito fratrum nostrorum consilio, denominatum U. episcopum, de parochia, unde causatio fuerat, salva justitia ecclesiarum Sancti DEUUI et HERFORTENSIS investivimus, futuram mediantem quadragesimam utrisque statuentes, ut tunc utraque pars nostro conspectui presentata quod justum fuerit valeat obtinere. Tua igitur nobilitas ipsum fratrem U. episcopum habeatis commendatum, nec de parochia de qua eum investivimus nec de aliis sibi injuriam permittatis sed eum, pro reverentia beati Petri et nostra manuteneas.

Datum LATERANI. 13 Kalendis. Maij.

(Rees L.L. pp. 35, 574.)

DLXI.

BULL OF HONORIUS II. TO THE CLERGY, ETC., OF LLANDAFF, FOR THEIR RECEPTION OF BISHOP URBAN, AND ASSISTANCE IN RECOVERING POSSESSIONS OF THE SEE.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 30.] 18 APRIL 1128.

HONORIUS etc. etc. Dei dilectis filiis clero et populo LANDAVENSI. Salutem et apostolicam benedictionem.

Venientem ad apostolice sedis clementiam venerabilem fratrem nostrum URBANUM episcopum vestrum debita caritate recepimus. Ipsum itaque cum gratia nostra et literarum nostrarum prosequutione ad vos remittentes, universitati vestræ mandamus quatenus eundem fratrem nostrum URBANUM episcopum benigne recipiatis, et ei tanquam proprio pastori et animarum vestrarum custodi obedientiam et reverentiam humiliter deferatis et velut CHRISTI vicario pareatis. Ad recuperandas igitur possessiones et bona LANDAVENSIS ecclesie quæ distracta sunt, unanimiter, uti boni filii, prebeatis consilium et auxilium.

Datum LATERANI. XIIIJ. Kalendis Maij.

(Rees L.L. pp. 37, 577.)

DLXII.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO THE CLERGY AND LAITY OF ERGIC, GOWER, ETC., IN FAVOUR OF BISHOP URBAN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 29 b.] 19 APRIL, 1128.

HONORIUS etc. etc. Dei clericis et laicis per parochias ERGIC, ISTRATIU, GUHIR, CETGUELI, CANTRE BICHAN, constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Frater noster URBANUS LANDAVENSIS episcopus BERNARDUM Sancti DEUUI et RICARDUM HERTFORTENSEM episcopos ut preterita mediante quadragesima super parochiis prenominatis ad nostram responsuri venirent presentiam, invitavit. Ipsi vero nec venerunt, nec responsales suos miserunt. Nos hoc ex deliberato fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, supradictum URBANUM LANDAVENSEM episcopum de præfatis parochiis investivimus. Terminum vero tam B. et R. quam U. episcopis proximam mediantem quadragesimam prefiximus, Utraque pars nostro conspectui presentata, quod justitie ratio dictaverit, valeat optinere. Ideoque vobis mandando præcipimus quatenus fratri nostro URBANO LANDAVENSI obedientiam et reverentiam deferatis.

Datum LATERANI 13 Kalendis Maii.

(Rees L.L. pp. 36, 575.)

With this was issued a Bull addressed to the Clergy of the Diocese of Llandaff, and to eleven of the Barons more or less connected with it, commanding these latter, on pain of confirmation of the censure already pronounced, to restore the goods taken from the Church and to make humble submission.—[See V., vol. 1.]

DLXIII.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO HENRY I. IN FAVOUR OF BISHOP URBAN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 30 b.] 7 OCT., 1128.

HONORIUS etc. etc. Dei dilecto filio HENRICO illustri ANGLORUM Regi salutem et apostolicam benedictionem.

Ut liberius et sine querela servi Dei valeant divinis vacare obsequiis controversiæ inter fratrem nostrum URBANUM LANDAVENSEM episcopum et ecclesias DEUUI et HERFORTENSEM agitate terminum proximam mediantem quadragesimam indiximus. Quocirca nobilitati tuæ mandamus quatenus eidem U. episcopo nullum in veniendo ad nos aut rebus suis impedimentum aut incommodum facias neque ab aliis inferri permittas.

Datum LATERANI nonis Octobris.

(Rees L.L. pp. 38, 579.)

DLXIV.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO THE ARCHBISHOP OF CANTERBURY, RESPECTING THE CONTROVERSY BETWEEN BISHOP URBAN AND THE BISHOPS OF ST. DAVID'S AND HEREFORD.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 30.] 7 OCT., 1128.

HONORIUS etc. etc. Dei venerabili fratri WILLELMO CANTUARIENSI archiepiscopo apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

Ex injuncta nobis a domino ecclesie Dei cura et providentia singulis suam debemus justitiam conservare, ut controversia quæ inter fratrem nostrum URBANUM LANDAVENSEM episcopum et ecclesiam Sancti DEUUI et HERFORTENSEM agitata est, juxta rationis et justitiæ tramitem terminetur, proximam mediantem quadragesimam terminum indiximus. Ne igitur predictus frater noster URBANUS episcopus aliquid in veniendo ad nos aut in aliis rebus incommodum vel detrimentum sustineat fraternitatis tuæ sollicitudo provideat.

Datum LATERANI, Nonis Octobris.

(Rees L.L. pp. 38, 578.)

DLXV.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO WILLIAM, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, RESPECTING THE JUDGMENT AS TO BISHOP URBAN'S CLAIM TO GOWER, ETC.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 32.] 4 APRIL 1129.

HONORIUS etc. etc. Dei venerabili fratri W. CANTUARIENSI archiepiscopo apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

Fratribus nostris BERNARDO sancti DEWI et RICARDO HERFORTENSI episcopis mediantem quadragesimam terminum statuimus ut ad nostram venirent presentiam et si quid adversus URBANUM LANDAVENSEM episcopum de parrochia unde controversia inter eos agitata fuerat se habere confiderent quod dictaret justitia optinerent. Ipsi vero nec venerunt nec qui pro eis agerent personas miserunt. Nos ergo communicato fratrum nostrorum episcoporum et consilio, testium quos frater noster URBANUS produxerat juramenta suscepimus, qui tactis sacrosanctis evangeliis firmaverunt illas quinque plebes, videlicet GUOHER CHEDUELI CANTRE BACHAN ESTRATEU ERCHIN infra LANDAVENSIS episcopatus terminos contineri, scilicet inter GUI et TYVI, et se vidisse HERWALDUM episcopum antecessorem URBANI per XL. annos easdem plebes quiete et absque ulla interrupcione canonica tenuisse. Ideoque ex canonica censura nos ei et successoribus suis prenominatam parochiam perpetuo habendam adjudicavimus unde fraternitati tue rogando mandamus quatenus quod judicatum est a Sancta ROMANA ecclesia facias observari, et de predictis quinque plebibus nullam ei patiaris injuriam irrogari.

Datum LATERANI. IJ. Non. April.

(Rees L.L. pp. 44, 586.)

DLXVI.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO KING HENRY I. ON THE SAME SUBJECT.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 32.] 4 April 1129.

Honorius etc. etc. etc. venerabili Henrico Anglorum Regi salutem et Apostolicam benedictionem.

Fratribus nostris Bernardo sancti Dewi (and so on to the end as in the preceding Bull).

(Rees L.L. pp. 45, 587.)

DLXVII.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO BISHOP URBAN, CONFIRMING TO THE SEE OF LLANDAFF THE JURISDICTION IN GOWER, KIDWELLY, etc.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 30 b.] 4 April 1129.

Honorius etc. etc. Dei venerabili fratri Urbano Landavensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc in sancta matre catholica et universali Romana ecclesia, quæ justitiæ sedes est ab auctore omnium bonorum Deo cognoscimus constitutos ut suam ecclesiis omnibus justitiam conservemus et si quid perperam gestum esse noverimus rationis consilio ad rectitudinis tramitem reducamus, quatenus et quæ corrigenda sunt ordine judiciario corrigantur, et quæ recte statuta noscuntur, in sui vigoris robore perseverent. Proinde venerabilis frater Urbane Landavensis episcope anno preterito ad apostolice sedis clementiam veniens te adversus episcopos Bernardum sancti Deuui et Ricardum Herfortensem in presentia fratrum nostrorum Willelmi Cantuariensis archiepiscopi apostolice sedis Legati et episcoporum Anglie de parochia episcopatus tui ab eis debenta, querelam deposuisse asseruisti. Ceterum quia tibi gravamen sentiebas inferri eos

proxima tunc mediante quadragesima ut ad nostram venirent presentiam tuis responsuri querimoniis invitasti. Ipsi vero prefixo termino nec venerunt, nec responsales miserunt. Unde communicato fratrum nostrorum consilio duorum testium assertione suscepta, te, de parochia unde conquestio fuerat investivimus salva tamen justitia ecclesiarum HERFORTENSIS et Sancti DEUUI. Terminum vero dedi et illis proximam tunc mediantem quadragesimam, statuimus, ut plenius cognita veritate atque discussa suam unicuique justitiam servaremus. Porro ipsi nec etiam illo termino venerunt, nec personas quæ causam suam agerent ad nostram presentiam direxerunt. Tu autem, frater URBANE, statuto termino paratus cum testibus nostro te conspectui presentasti. Et nos invitatos aliquamdiu expectantes sex testium juramenta suscepimus, quorum duo, videlicet quidam presbiter sapiens et MAIUS laicus juraverunt parochiam illam de qua controversia agitabatur, scilicet GUHER CEDGUELI CANTREBACHAN ESTRATUI ERGIN infra LANDAVENSIS episcopatus terminos contineri, scilicet inter fluvios TYUI et GUI, et se vidisse ERVALDUM episcopum antecessorem tuum per quadraginta annos eandem parochiam quiete et absque interruptione canonica, tenuisse. Alii vero quatuor, videlicet, ROBERTUS et JOHANNES presbiteri, GULFREDUS et ADAM diaconi juraverunt patres suos qui propter senium ad sedem apostolicam venire non poterant hoc idem jurasse, et ut in nostra jurarent presentia, precepisse. Nos igitur ex communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium deliberatione prenominatam parochiam absque inquietatione ecclesiarum HERFORTENSIS et sancti DEUUI vel alicujus alterius tibi et successoribus tuis perpetuo jure habendam possidendamque censuimus.

Ego HONORIUS catholicæ ecclesiæ episcopus. S.

Datum LATERANI, IJ. Non. April. Indictione VIJ. anno incarnacionis dominicæ M.C.XXVIIIJ. Pontificatus autem domini HONORII Pape secundi anno V.

(Rees L.L. pp. 39, 579.)

DLXVIII.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO THE CLERGY AND LAITY OF GOWER, KIDWELLY, ETC., ORDERING THEM TO RECEIVE BISHOP URBAN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 32 b.] 4 APRIL, 1129.

HONORIUS etc. etc. Dei dilectis filiis clero et populo per parochias GUHIR CETGUELI CANTRE BUCHAN YSTRATEU ERCYCG constituto salutem et apostolicam benedictionem.

Nos ex canonica censura venerabili fratri nostro URBANO LANDAVENSI episcopo et successoribus ejus predictas quinque plebes de quibus inter ipsum et BERNARDUM Sancti DEUUI et RICARDUM HERFORTENSEM episcopos contentio fieret perpetuo habendas adjudicavimus. Ideoque universitati vestræ mandando precipimus quatenus ei tanquam proprio pastori et animarum vestrarum custodi obedientiam et reverentiam humiliter deferatis.

Datum LATERANI II. Non. April.

(Rees L.L. pp. 46, 588.)

DLXIX.

BULL OF POPE HONORIUS II. TO BISHOP URBAN, SETTING FORTH THE LIMITS OF THE DIOCESE, AND SPECIFYING THE CHURCHES, ETC.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 31.] 5 APRIL, 1129.

HONORIUS episcopus etc. venerabili fratri URBANO etc. in perpetuum. In eminenti . . . . (as in No. DLIX.) conserventur. In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda, LANDAVIAM scilicet, cum territorio suo et parrochia, videlicet CANTREBACHAN, CHEDUELI, GUOHER, ESTRATEU, ERCINOG, GUORINID, PENN ECHENN, GUNLIUIUC, DIUENT, EUIAS, ESTRATEUR. Fines LANDAVENSIS episcopatus hi esse dicuntur.

Ab hostio Tyvi in mare, sursum usque Iblain, deinde ad Penndouluinhelic ad Blan Huisc, ad Mynid du ad Blan Turc usque Taui sursum usque Cingleis. Deinde Halunguernen ad Blain Peurdin deorsum usque Ned sursum usque Meldon ad Gauannauc ad Deri Emreis ad Cechen Clisti ad Blain Frut-i-guidon usque Taf Mawr usque y Chiner sursum Rit i Cambren ad Hal du di nant crafnant ar hit usque Husc, trui huisc dichilitris dir alt luit di lech bichlit i pinn march diguoruoid di rit nant di hanner dinmarchtan di ol i gabr di bronn cateir neu ein di licat gueri non di guarthaf huch, dir mincul dir pridell di halruna di main i bard nant i bard ui hit usque Dour, ni hit usque Guormiu ni hit usque Hi Blain deinde ad Cair Rein ad Blain taratyr per longitudinem usque Guy, et per longitudinem fluminis Gui ad mare Hafren, deinde ad hostium fluminis Tywi ubi Landavensis episcopatus parochia incipit.

Confirmamus etiam vobis ecclesiam Elidon, ecclesiam Sancti Hilarii, Sancti Tussien, Sancti Teliawi de Merthir mynor, Sancti Teliauui de Languer-guaet, Sancti Petri, Sancti Ilduti, villam Lanncatgualatir cum ecclesia Sancti Cyuin, villam Sancti Tanauc cum ecclesia, villam Henriu cum ecclesia, villam Merthir Theodorici cum ecclesiis, villam Sancti Oudocei cum ecclesia, villam Sancti Nuuien cum ecclesia, villam Tanasan cum ecclesia, villam Lanngum cum ecclesiis, villam Lannguerncynuc cum ecclesia, villam Merthir Dincat cum ecclesia, Lanngarth Sancti Teliawi de Porthalauc, Sancti Teliawi crissinic, ecclesiam Sancti Clitauci cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Sulbui cum pertinentiis suis villam Penniuei cum ecclesia sua, villam Sancti Teliauui de Talipont Lannhelicon, Lann Mihaggel Mawr, villam Cair duicil cum ecclesia, ecclesiam Sancti Catoci, Lanncoit tal pon escop, Lann guon hoill, Riubrein, Cair Castell Penniprisc Tref meibion Ourdeuein Tref main Tref meibion uchrit, Tref Rita, Tref Din neul cum ecclesia, Estrat Elei Tref Gynhil Tref Laur Tref Cyrintord Tremiluc, Carn Elfin Merthir on brit Ynis Marchan cum molendino et maritimis infra Taf et Elei Ynis Bratguen Trem gyllicg Ynis Peithan Lann Tylull Penn

onn Lann San Bregit Tre meibion Ambrus, ecclesiam Penn tyrch Merthir Cibliuer Mertheir Buceil duodecim acras quas Willelmus de Cantelou Landavensi ecclesie reddidit Lanngemei Lann Cingualan Cilciuhiun Porth Tulon Penn iuri Landotei Culalann Cruc Guernan Guocob Nant Baraen Gulich Luin Elidon Tref Bledgur mabaches Tref bledgint Henriu gunua Merthir ilan Laun meir Penn ross Llan di pallai Porth isceuin Lann mihagel liclit Tref iri diouen, Tu ou mur Villam Lan Cinmarc cum prater super Gui et coretibus suis et terra infra Castell guent Penn celli guen huc Cestill dinan cum silva et prato et maritimis cum decimis oblacionibus sepulturis, territoriis refugiis et libera communione eorum. Quicumque preterea in futuro prefata ecclesia largiente Deo justis modis poterit adipisci quiete ei semper et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre velle ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia ei cum parochiæ finibus integra conserventur tam tuis quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur imposterum ecclesiastica secularisque hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisve sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus fiat pax Domini nostri Jhesu Christi quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant et apud districtum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen.

(Bene Valete, in monogram).

Ego Honorius catholicæ ecclesiæ episcopus. (In the round sign: 'Oculi domini super justos.')

Datum LATERANI per manum Aimerici sancti ROMANÆ ecclesie diaconi Cardinalis et cancellarii. Non. April. Indictione VIJ. anno incarnationis dominicæ M.C.XXVIIIJ. Pontificatus autem domini HONORII Papæ secundi anno V.

(Rees L.L. pp. 41, 581.)

Mr. W. de Gray Birch, F.S.A., of the British Museum, has kindly supplied me with the following: 'Boundaries of the Diocese of Hereford,' appointed by Bishop Æthelstan, A.D. 1021—1052, as contained in the eleventh century book known as the 'Mundy' Gospels in Pembroke College, Cambridge. The document sheds an important light on this controversy between Urban of Llandaff and Richard of Hereford :—

'Hanc discretionem fecit Æthelstanus episcopus. Thus ligth thet bisceop rice into herefordа of munuwi muthan [1] up andlang sæferne [2] to mynster worthige [3] . of mynster worthige in doddes æsc [4] . of doddes æsce . in ceolan heafdan [5] . of ceolan heafdan in mælfern [6] . ondlang mælfern in tha stycinge [7] . of thare stycince in temede [8] . up onlang temede instanfordes brycge [9] . of stanfordes brycge . in mært leages ecge [10] ondlang ecge . in carc dune [11] . of carc dune in eardig tun [12] . of eardig tune eft in sæfern . in quatt ford.' [13]

(1) Monmouth.
(2) R. Severn.
(3) Minsterworth, co. Gloucester.
(4) Doubtful.
(5) Doubtful.
(6) Malvern, co. Worcester.
(7) Doubtful.
(8) R. Teme.
(9) Stanford-on-Teme, co. Worcester, or Stanford Episcopi.
(10) Martley, co. Worcester.
(11) Doubtful.
(12) Eardington-on-Severn, co. Salop.
(13) Quatford-on-Severn, co. Salop.

DLXX.

POPE HONORIUS II. TO BISHOP URBAN, RESPECTING THE CONTROVERSY WITH THE BISHOP OF ST. DAVID'S.

[COTTON MSS. VIT. C.X. f. 34.] 27 APRIL 1129.

HONORIUS episcopus servus servorum Dei venerabili fratri URBANO LANDAVENSI episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Post tuum a nobis discessum venerabilis frater noster B[ERNARDUS] episcopus Sancti DAVID ad nostram presentiam veniens litteras a fratribus nostris G. CANTUARIENSI archiepiscopo et aliis ANGLIE episcopis a Rege et quibusdam baronibus in quibus continebatur controversia que inter te et WILFRIDUM predecessorem ejus de terminis parrochialibus olim agitata est per quadraginta octo testes XXIIIJ^or. videlicet de tua parrochia et XXIIIJ^or. de sua fuisse decisam presen-

tavit. Duo etiam de illis XXIIIJ^or. qui se hoc jurasse asserebant et alios qui se hoc vidisse et audivisse dicebant, ante nostrum et fratrum nostrorum conspectum produxit. Unde valde mirati sumus, verum ne mutare aliquid leviter videremur quod ab eis dictum est diligenter attendimus. Et ut veritatem plenius nosceremus fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio festivitatem beati LUCE proximi futuri anni terminum tibi et prefato B. episcopo prefiximus. Ea propter tibi mandando prefiximus quatenus occasione remota predicto termino cum instrumentis que a nobis habuisti et rationibus quas habes, ad nostram presentiam sibi venias responsurus ut veritate plene comperta sua cuique justitia conservetur et pacem utraque ecclesia prestante domino consequatur. Ad hoc de pago EWIAS et terra TALABONT de quibus inter vos olim agebatur contentio nihilominus venias respondere paratus.

Datum LATERANI, V. kalend. Maii.

(Rees L.L. pp. 51, 594.)

DLXXI.

GALFRID ELIAS AND GALFRID TALBOT, DONATIONS TO NEATH ABBEY.

[B.M. HARL. MSS. 2,273, fol. 299 b.] POST 1129.


GALFRIDUS TALBOT consensu ELIE filii et heredis sui dedit monachis de NETHE totam terram de NEWLAND salva annua pensione x^s. sibi et heredibus suis pro hac donatione et confirmacione dederunt sibi prefati monachi IX. marcas ad terram suam de BOSINTON acquietandum. Et MARGARETE sponse sue dimidiam marcam. Et BALDWINO filio suo XII^s. Et ELIE filio suo et heredes XX^s.

ELIAS filius GALFRIDI TALBOT eisdem monachis eandem terram confirmavit. Testibus RADULPHO filio WILLELMI. SIMONE BOURNE.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. GALFRIDUS filius ELIE TALBOT de HETFELD salutem. Notum sit vobis quod ego pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum concessi et hac carta mea confirmavi

donacionem illam quam GALFRIDUS avus meus et ELIAS pater meus fecerunt ecclesie Sancte MARIE de NETHE in terris de NEWLANDE. Hiis testibus MARTINO priore de DUNSTERR.

Endorsed—'Talebot. Ex libris Abbathie de Nethe in comitatu Glamorgan jam in custodia Edwardi Stradlinge de Sancto Donato militis. Anno 1595.'



DLXXII.

POPE HONORIUS II. TO URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VIT. C.X. f. 27 b.] A.D. 1124—1130.

HONORIUS etc. etc. Dei venerabili fratri U. LANDAVENSI episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

WINEBALDUS de BAELUNA terram de CAIRLION monachis de MONTEACUTO pro animæ suæ remedio dare disposuit. Ideoque fraternitati tuæ mandamus quatenus ipsam terram prefatis monachis, salvo tuæ ecclesiæ jure, concedas.

Datum LATERANI, kalend. Julij.

(Rees L.L. pp. 30, 569.)

DLXXIII.

POPE INNOCENT II. TO THE CLERGY AND LAITY OF GOWER, KIDWELLY, ETC., COMMANDING THEIR OBEDIENCE TO URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 34 b.] 25 FEB., 1130.

INNOCENTIUS episcopus servorum Dei servus dilectis filiis clero et populo per parrochias GOHER CHEDVELI CANTRE BACHAN ESTRATEU EIRGIN constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum predecessor noster felicis memorie Papa HONORIUS vobis per scripta sua mandavit, ut venerabili fratri nostro URBANO LANDAVENSI episcopo

obediretis, ita et nos quoque vobis mandamus ut ei tanquam patri et episcopo vestro obedientiam et reverentiam humiliter deferatis.

Datum apud PALLADIUM v. Kalend. Martii.

(Rees LL. pp. 53, 597.)

DLXXIV.

POPE INNOCENT II. TO HENRY I. IN FAVOUR OF URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 35.] 12 AUG., 1130.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei. Karissimo in Christo filio HENRICO illustri ANGLORUM Regi salutem et apostolicam benedictionem.

Honor Dei est et salus populi si principes quibus sunt jura regni a Deo commissa, ecclesias diligant et ab injuriis ecclesiasticas personas defendant. Nobilitatem igitur tuam rogamus et exhortamur in domino quatinus venerabilem fratrem nostrum URBANUM LANDAVENSEM episcopum manuteneas nec ipsi nec ecclesie sibi commisse injuriam aut gravamen inferri permittas.

Datum JANUE IJ. idus Augusti.

Another copy at fol. 36 of the same.

(Rees L.L. pp. 55, 599.)

DLXXV.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO WILLIAM, ARCHBISHP. OF CANTERBURY, RESPECTING BISHOP URBAN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 35.] 12 AUG., 1130.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei, venerabili fratri W. CANTUARIENSI archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Equitati et justitiæ convenire cognoscitur ut quod a prelatis suis honorari et benigne tractari desiderat, subjectis suis nullum gravamen nullam injuriam contra rationem irrogari contendat. Frater siquidem noster URBANUS LANDAVENSIS episcopus adversum te conqueritur, quod quibusdam parrochianis suis de URCENEVELDE in quos ipse anathematis sententiam promulgaverat ab HEREFORDENSI ecclesia communicari permittis. Propterea quendam priorem suum sibi familiarius adherentem qui ad episcopatum HEREFORDENSEM, prout idem episcopus asserit, impudenter anhelat in eadem ecclesia quæ suis excommunicatis communicat, episcopum ordinare conaris. Ideoque fraternitati tuæ per presentia scripta mandamus ut nullam ei injuriam vel molestiam inferas nec parochianis suis ab ipso excommunicatis communices vel absolvas nec clericum suum eo invito promoveas.

Datum JANUE IJ. idus Augusti.

(Rees L.L. pp. 55, 599.)

DLXXVI.

POPE INNOCENT II. TO BERNARD, BISHOP OF ST. DAVID'S, RESPECTING CERTAIN PROPERTY OF THE SEE OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 35.] 1130.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei venerabili fratri BERNARDO de Sancto DAVID salutem et apostolicam benedictionem.

Venerabilis frater noster URBANUS LANDAVENSIS episcopus pro obtinenda justitia ecclesie suæ, bis, cum multa fatigatione, ad sedem apostolicam pervenit. Postmodum vero a predecessore nostro felicis memoriæ Papa HONORIO ut proxima festivitate Sancti LUCE ad sedem apostolicam de parochialibus terminis tibi responsurus veniat, evocatus est. Verum sicut ipse per literas et nuntios significavit, egritudine, senectute, et inopia valde gravatus est, ideoque prefato

termino se non posse venire asseruit. Nos igitur ei compassi inducias ei ROMAM veniendi ab hac media quadragesima usque ad tres annos, habito fratrum nostrorum consilio, indulsimus. Eo igitur termino de LANTELIAU MAWR cum pertinentiis suis, et de LANTELIAU PIMPSEINT KAIR CAIAU PENTIWIN et de LANTELIAU PENNLLITGART et de LANTELIAU KILREDIN en EMELIN et de LANN YSSAN cum pertinentiis suis, et de BRODLAN et de LAN WORFRIT que omnia juris LANDAVENSIS ecclesie sicut ipse asserit episcopus, esse videntur, ante nostram presentiam venias respondere paratus.

Another copy of this Bull (Vitell: C.X. f. 36) differs at the end as follows:—

Eo igitur termino de LANN TELIAU MAWR cum pertinentiis suis et de LANN TELIAU PIMPSEINT CAIR CAIAU et de LANN TELIAU MAINAUR cum pertinentiis suis et de LANN TOULIDAUC IG CAIR MIRDIN et de LANN TELIAU PENNTUIN et de LANN TELIAU PEN LIT GART et de LANN TELIAU cil retin in emblin et de LANN ISSAN cum pertinentiis suis, et de BRODLAN et de LANGURFRIT que omnia, etc.

(Rees L.L. pp. 54, 59, 598, 605.)

DLXXVII.

CARDINAL JOHN TO URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 35 b.] 1130.

URBANO venerabili LANDAVENSI episcopo frater JOHANNES Sanctæ ROMANÆ ecclesiæ presbiter Cardinalis salutem et orationem.

Quod pro causa vestra dominus Papa regi ANGLORUM nihil scripsit, hoc est quia favorem ejus ad plenum nondum obtinuit, neque nuntium episcopi Sancti DAVID domino Pape locutus est, nec de sua causa mentionem aliquatenus fecit. Utile consilium nostrum est, ut in parochia vestra remanentes, ad nos hiis diebus non accedatis donec certius aliquid de domino Papa et rege audieritis.

(Rees L.L. pp. 56, 600.)

DLXXVIII.

CARDINAL GREGORY TO BISHOP URBAN.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 35 b.]

Gregorius Sancte Romanæ ecclesie Diaconus Cardinalis Urbano Landavensi venerabili Dei gratia episcopo salutem et bene valere.

Scire vestram volumus amicitiam quoniam non minimum pro vobis jam laboravimus, et vestram, sicut boni amici causam sic manutenuimus modis omnibus quibus possumus manutenemus et in antea faciemus. Vos itaque mihi uti vestro karissimo amico plurimum indigenti subvenite, ut quando ad vestras devenerimus partes, vel per vos, vel per vestrum legatum sic nobis serviatis quatinus nostrum semper retinere servitium possitis. Vale.

(Rees L.L. pp. 56, 606.)

DLXXIX.

POPE INNOCENT II. TO URBAN, BISHOP OF LLANDAFF, RESPECTING THE EXTENT OF THE DIOCESE.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 36 b.] 17 Jan., 1131.

Innocentius etc. etc. Dei venerabili fratri Urbano Landavensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Herfortensis ecclesia propria viduata pastore Robertum priorem de Lantorne religiosum et literatum prout fertur virum unanimi voto et communi assensu, uti accepimus, sic in episcopum et pastorem elegit. Sed quoniam ad tam sacrum opus et animarum saluti necessarium idonee personæ exquirende sunt diligentius et trahende, per apostolica scripta fraternitati tuæ mandando precipimus quatenus prefatum Robertum Herfortensi ecclesie libere ad regimen ipsius concedas. Et ut idem electoribus suis prebeat assensum, sibi injungas. Ad hæc quoniam sicut ad aures nostras perlatum est Robertus Herfortensis episcopus, adversus quem de parochialibus terminis conquerebaris, antequam

ROMAM venires, rebus humanis exemptus est. Precipimus tibi ut prefate HERFORTENSI ecclesie quemadmodum vivente RICARDO episcopo tenuerit, parrochiam suam restituas, et usque dum episcopus ibidem consecratur, absque inquietatione tenere permittas. Postmodum vero controversia quæ inter vos est, ordine judiciario decidatur. Non est enim consentaneum rationi ut si episcopus ad judicium vocatus, morte preventus est, ejus occasione ecclesia aliquod sustineat detrimentum.

Datum CARNOTI, XVJ. Kalend. Februar.

(Rees L.L. pp. 61, 607.)

DLXXX.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO BERNARD, BISHOP OF ST. DAVID'S, APPOINTING A DAY FOR HEARING THE CAUSE BETWEEN HIM AND BISHOP URBAN.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 36.] 7 APRIL, 1131.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei venerabili fratri B. episcopo Sancti DEWI salutem et apostolicam benedictionem.

Ut pax ecclesiis tribuatur et sua cuique justicia conservetur, proximam beati LUCÆ festivitatem tibi et venerabili fratri nostro URBANO LANDAVENSI episcopo terminum constituimus, quo utrisque conspectui nostro presentatis, controversia quæ de parrochialibus terminis inter vos agitatur, finiretur. Verum postea ipse literis suis et nuntiis nobis significavit archidiaconos tuos eum de possessione parrochiarum de quibus adversus eum questus es, violenter ejecisse. Ne igitur ei litis extendendæ occasio prebeatur per presentia scripta tibi mandamus quatenus in possessione parrochiarum absque molestacione reducas. Ut possessor constitutus prefixo termino valeat tibi judiciario jure respondere.

Datum COMPENDII, VIJ. Idus Aprilis.

(Rees L.L. pp. 58, 604.)

DLXXXI.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO BISHOP URBAN, APPOINTING A DAY FOR HEARING THE CAUSE BETWEEN HIM AND THE BISHOP OF ST. DAVID'S.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 35 b.] 11 MAY, 1131.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei venerabili fratri URBANO LANDAVENSI episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Desiderium nostrum est ecclesiis Dei pacem tribuere et si qua inter eos controversia est, ordine judiciario terminare. Quia igitur inter te et fratrem nostrum B. episcopum Sancti DAVID de jure parochiarum GOHER CHEDUELI CANTREBACHAN ISTRATEU et HEWIAS controversia agitatur fraternitati tuæ mandando precipimus quatenus proxima beati LUCÆ festivitate nostro te conspectui representes, eidem fratri nostro B. episcopo tam de prefatis parochiis quam De villa TALEBONT[1] omni occasione seposita respondere paratus.

Datum PIREBII, v. Idus Maii.

(Rees L.L. pp. 60, 606.)

(1) Probably Llandeilo Talybont, in Gower.

There is another copy at fol. 36 b., in which the date is written 'Pireti,' probably for 'Pisis.'

DLXXXII.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO BISHOP URBAN, WHO HAD COMPLAINED THAT RABEL, CHAMBERLAIN OF TANKERVILLE, HAD EJECTED HIM FROM LLANDEILO FERWALT,[1] IN GOWER.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 35 b.] 26 MAY, 1131.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei venerabili fratri URBANO LANDAVENSI episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum tua novit dilectio fratribus nostris URBANO LANDAVENSI et BERNARDO Sancti DAVID episcopis pro controversia quæ inter eos agitur proximam beati LUCÆ festivitatem terminum constituimus. Ceterum idem frater noster URBANUS episcopus directis ad nos nuntiis adversus RABEL camerarium de TANCARVILLA questus est quod cum de possessione villæ Sancti TELIAWI de LANMERWALT violenter ejecit. Quocirca sollicitudini vestre mandamus quatenus inventa oportunitate super hoc karissimum filium nostrum HENRICUM Regem adeas ut LANDAVENSI ecclesia non patiatur injuriam irrogari sed sua ei faciat jura restitui.

Datum COMPENDII, VIJ. kalend. Junii.

(Rees L.L. pp. 57, 602.)

(1) Bishopston.

DLXXXIII.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO BISHOP URBAN, SUMMONING HIM TO THE COUNCIL OF RHEIMS FOR SETTLEMENT OF THE DISPUTE WITH ST. DAVID'S.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 37.] 12 AUG., 1131.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei venerabili fratri URBANO LANDAVENSI episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Religiosorum animus quietem postulat quoniam dum in diversa rapitur ad contemplacionis requiem pertingere non valebit. Expedit igitur frater karissime ut cujus juris sint parrochiales termini super quibus inter te et BERNARDUM episcopum Sancti DAVID controversia est, plene cognoscas. Ad concilium itaque quod REMIS proxima festivitate beati LUCE prestante domino celebraturi sumus omni occasione seposita, venias, prefato episcopo de parrochialibus terminis responsurus. Ut quid juris ecclesie tuæ sit sapientium et religiosorum virorum judicio decidatur, et demum, veritate comperta, pax et tranquillitas LANDAVENSI ecclesiæ, divina suffragante gratia,

tribuatur. Satius enim est eandem litem sine multa fatigatione in REMENSI concilio dirimi, quam ROMÆ multis expansis (*sic*) et laboribus terminari.

Datum ALTISSIODORI, IJ. Idus Augusti.

(Rees L.L. pp. 63, 609.)

The Council was held 19th October, 1131.

DLXXXIV.

BULL OF POPE INNOCENT II. TO BISHOP URBAN, TO ATTEND ON AN APPOINTED DAY FOR THE HEARING OF HIS CAUSE AGAINST BISHOP BERNARD.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 37.] 21 DEC., 1131.

INNOCENTIUS etc. etc. Dei venerabili fratri URBANO LANDAVENSI episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Ut lis et controversia que inter te et fratrem nostrum BERNARDUM episcopum Sancti DAVID de parochialibus terminis agitatur finem acciperet, et utraque ecclesia de cetero conquiesceret, festivitatem beati LUCÆ qua ad nostram venires presentiam eidem episcopo de sua querimonia responsurus tibi terminum constituimus. Predictus autem frater noster BERNARDUS episcopus clericorum et laicorum caterva stipatus, eodem termino, nostro se conspectui obtulit, agere preparatus verumtamen corporali egritudine detentum non posse venire tres sacramentales qui a tua parte fuerant delegati tactis sacrosanctis evangeliis firmaverunt. Nos igitur utriusque ecclesie inopiæ et laboribus providentes, negotium hoc venerabilibus fratribus nostris W. CANTUARIENSI, T. EBORACENSI, et HUGONI ROTOMAGENSI archiepiscopis in regno ANGLIE pertractandum commisimus. Placet autem vobis [*nobis*] ut si fieri potest inter te et prefatum BERNARDUM per eorum consilium et deliberacionem pax et concordia reformetur. Precipiendo ergo tibi mandamus ut omni occasione seposita et absque appellatione proxima dominica qua legitur 'ego sum pastor bonus' cum literis et privilegiis

predecessoris nostri fœlicis memoriæ Papæ Honorii et aliis instrumentis ac superstitibus testibus quos ante ipsius presentia produxisti, eisdem te fratribus representes, quatenus ipsi et tuas et predicti fratris nostri Bernardi episcopi rationes audire et plenius intelligere et quod perceperint nobis valeant intimare. Quod si subterfugeris et te presentare et agere contempseris cavendum est ne dampnum de absentia tua sustineas illumque possessorem et te petitorem constituamus.

Datum Treceri, xi. kalend. Decembris.

(Rees L.L. pp. 63, 610.)

DLXXXV.

IMPERFECT BULL OF INNOCENT II. TO URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri nostro Urbano Landavensi episcopo salutem et apostòlicam benedictionem.

Quemadmodum per alia tibi scripta mandavimus ita fraternitati tuæ . . . .

(Here the document ends abruptly; the remainder on a subsequent leaf is lost.)

(Rees L.L. pp. 65, 612.)

DLXXXVI.

BULL OF INNOCENT II. TO BISHOP URBAN, COMMANDING HIM TO PLEAD BEFORE COMMISSIONERS APPOINTED.

[Cotton MSS. Vitellius C.X. f. 36 b.] 13 Feb., 1132.

Innocentius etc. etc. Dei venerabili fratri Urbano Landavensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum per alia tibi scripta mandavimus, ita fraternitati tuæ iterato mandamus quatinus in dominica qua legitur 'ego sum pastor bonus' ad presentiam venerabilium fratrum W. Cantuariensis, T. Eboracensis, H. Roto-

MAGENSIS archiepiscoporum accedas, et allegationes tuas eis absque trepidatione aliqua diligenter exponas. Nos siquidem causam tuam illis discutiendam commisimus et nobis reservamus terminandum. Non igitur super hoc discretio tua moveatur quoniam te in ecclesiæ tuæ justitia paternæ provisionis intuitu auctore domino manutenere curabimus, et jure suo eam privari nullatenus permittemus.

Datum HELIOCI, Idibus Ffebruarii.

(Rees L.L. pp. 60, 606.)

DLXXXVII.

BULL OF INNOCENT II. TO WILLIAM, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, RESPECTING HIS ATTITUDE TO THE CLERGY OF LLANDAFF DURING THE HEARING OF BISHOP URBAN'S CAUSE.

[COTTON MSS. VITELLIUS C.X. f. 37.] 7 MAR., 1132.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei venerabili fratri W. CANTUARIENSI archiepiscopo, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Fratrem nostrum URBANUM LANDAVENSEM episcopum in causa sua quæ in tua et aliorum presentia debet tractari tam suorum clericorum quam et aliorum amicorum egere consilio et auxilio non extat ambiguum. Proinde dilectioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus clericos ejus, donec causa fine debito terminetur, in pace dimittas, et ire ad judicium non compellas.

Datum VALENCIÆ Nonis Martii.

(Rees L.L. pp. 62, 608.)

DLXXXVIII.

LETTER FROM POPE INNOCENT II. TO WILLIAM DE CORBOIS, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, RESPECTING URBAN, BISHOP OF LLANDAFF.

[B.M. MSS. Reg. 5, A. xiii., f. 199 b.]

9 Oct., after 1133.

Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Willelmo Cantuariensi archiepiscopo et apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

Quantum venerabilis frater noster Vrbanus Landavensis episcopus pro recuperandis bonis ecclesie sue laboraverit fraternitas tua non ignorat. Tandem pro eodem negotio ad sedem apostolicam sub gravissimi temporis estuatione pervenit. Ibique post expositam nobis et fratribus nostris itineris sui causa(m) languore arreptus humanitati concessit, et ad patres suos qui de hoc seculo migraverunt in bona confessione transivit. Quocirca fraternitati tue rogando mandamus quatinus Landavensem ecclesiam manuteneas et nullatenus inquietari permittas. Et ut idem locus in eo statu in quo erat quando prefatus noster frater Vrbanus episcopus ad nos nuper veniendi iter arripuit perseveret, usque dum ibi domino largiente episcopus canonice subrogetur efficias. Rogamus preterea fraternitatem tuam quatinus filios nostros Vhtredum archidiaconum Radulphum canonicum Ruallanum Isaac. A. Johannem et reliquos jam dicte ecclesie clericos pro beati Petri reverentia habeas commendatos, et ut tam persone quam bona que eis collata sunt quiete permaneant pro nostra karitate efficias. Caratocum quoque presbiterum Guganum de Lancaruan et Germanos prefati fratris nostri Vrbani episcopi pietatis intuita manuteneas et nullam eis molestiam irrogari permittas.

Data Pisis vii. idus Octobris.

DLXXXIX.

EXTRACT FROM THE ANNALS OF WINCHCOMBE.

[B.M. MSS. COTTON TIBERIUS E. IV. f. 23.] 1134—1136.

MCXXXIIII. Obiit ROBERTUS comes NORMANNORUM III. Non. Februarii apud KAERDIF castellum ROBERTI comitis filii Regis, set in ecclesia Beati PETRI de GLOECESTRIE honorifice coram principali altari sepultus est.

MCXXXVI. Facta est magna nimis WALENSIUM irruptio ecclesiarum villarum segetum animalium gravissima per WALENSES longe lateque destructio, castellorum seu aliarum munitionum exustio, hominum innumerabilium divitum et pauperum occisio dispersio et in exteras terras venditio. Inter quos prodolor nobilis ille et omnibus seculis lugendus RICHARDUS filius GILLEBERTI XVII. kalend. Maii peremptus occubuit. Factum est etiam prelium grave apud GUHER inter NORMANNOS et WALENSES ubi D. et XVI. ex his et illis corruerunt kalendis Januarii quorum corpora a lupis devorata sunt.

DXC.

T., ARCHBISHOP OF CANTERBURY,[1] CONCERNING THE CHURCH OF ST. GUNLESS.[2]

[COTTON CHARTER XVI. 38.] 1138—1170.

T. dei gratia CANTUARENSIS Archiepiscopus ANGLIÆ Primas universis Sanctæ ecclesiæ fidelibus salutem. Penitentibus et peccata confessis et ecclesiam Dei devota voce venerantibus pietatis instinctu admonemur misericordie solatium retribuere et indulgentie remedium compensare. Inde est quod omnibus Christianis qui devotionis intuitu . Ecclesiam Sancti GUNLEI de Novo BURGO requisierint et in aliquo benefitio pro Dei honore et animarum suarum salute eam honoraverint quindecim dierum indulgentiam de penitentia sua facimus et omnium orationum ac benefitiorum CANTUARENSIS ecclesiæ eos perpetuo participes constituimus. Vale.

(1) Either Theobald of Bec, 1138—1161; or Thomas a Becket, 1162—1170.

(2) St. Gunles is St. Woollos, the parish church of Newport.

DXCI.

THE LIBERTIES OF CARDIFF AND TEWKESBURY.

[Cotton MSS. Cleop: A. VII., f. 101.]

§ Hec sunt libertates et libere consuetudines de Kerdif et de Theokesburia date et concesse per Robertum et Willelmum comites aliquando Gloucestrie.

§ In primis quod quodlibet burgagium dabit de annuo redditu xii$^{d.}$ pro omni servicio.

§ Et quilibet burgensis potest pro voluntate sua burgagium suum quod est de purchatio suo cuicunque voluerit dare invadiare vendere vel quocunque alio modo alienare salvo tamen servicio domini comitis.

§ Et si illud burgagium fuerit de hereditate heres ipsius sive heredes ipsum habebunt. Et proximus heres mortuo predecessore a quo hereditas ei descendere debeat statim sine ostensione bayllivo vel preposito facienda hereditatem suam ingredietur. Et si burgensis habuerit duo burgagia et voluerit unum ipsorum alteri locare potest si voluerit locator eandem libertatem concedere ei qui dictum burgagium locaverit quam et ipse habet et ipse gaudebit.

§ Et si quis dimidium burgagium in capite de domino comite tenuerit eandem libertatem habebit ac si integrum teneret burgagium.

§ Item burgensis nullam sectam debet nisi voluntate ad molendinum sive ad pannos fullendum vel tingendos.

§ Item nullus burgensis dabit pro burgagio suo herietum vel relevium. Set quilibet potest pro voluntate sua filium vel filiam suam maritare sine licencia ab aliquo petenda.

§ Item quilibet potest bovem suum equum et aliam mercem quamcunque habuerit legalem sine licencia domini vendere.

§ Item quacunque morte burgensis preoccupatus fuerit nisi fuerit per nequitiam dampnatus uxor ejus et liberi sui habebunt catalla mortui vel proximi parentes ipsius tanquam heredes si non habuerit uxorem vel liberos.

§ Item burgensis paupertate compulsus burgagium suum vendere vel invadiare primo debet convenire heredem suum secundo et tertio et dicere ei quod inveniat sibi necessaria. Si autem noluerit de burgagio suo voluntatem suam faciat.

§ Item nullus libere tenens de altero dominio si burgagium habuerit potest namia tenentis sui in burgo extra burgum ducere vel portare.

§ Item quilibet burgensis potest braciare et furniare sine licencia et sine tolneto et consuetudine.

§ Et potest facere torallos columbarios et molendinum equinum et manumolendinum.

§ Et si burgensis summonitus fuerit ad hundredum et perexerit ad suum negocium extra villam vel fuerit presto recedere ita quod habeat unum pedem in strepo et inde habuerit duos vicinos testes quietus erit.

§ Item milites et libere tenentes in hundredo quieti sunt in foro de tolneto de vendicionibus omnibus et empcionibus suis ad opus suum factis nisi fuerint mercatores.

§ Item dominus episcopus quietus erit de dominica mensa sua set homines sui dant consuetudinem.

§ Item Templarii Hospitularii et monachi dant consuetudinem nisi habeant cartam domini WILLELMI et domini ROBERTI comitum.

§ Item careta honerata blado vel piris dabit consuetudinem. Emptor dabit jd. Careta scilicet unum obolum.

§ Careta honerata diversis marchandisis jd. Stallagium scilicet j. quadrantem.

§ Equus honeratus j. quadrantem.

§ Venditor ferri pro honere equi j. quadrantem. Venditor ferri qui ferrum portaverit j. quadrantem.

§ Pro bachone j. quadrantem.

§ Pro v. porcis jd. Et pro v. ovibus jd. Et pro v. agnis jd.

§ Item marchandisa trium denariorum et infra quieta est de tolneto. Et si fuerit majoris precii quam trium denariorum dabit consuetudinem.

§ Item duo mercatores dabunt pro stallagio j. quadrantem.

§ Et qui portaverit lineam telam ad vendendum licet scindat eam dabit j. quadrantem.

§ Et omnes burgenses et milites et libere tenentes predicti honoris debent esse quieti apud GLOUCESTRIAM et per totum comitatum GLOUCESTRIE de consuetudine nisi de crudis coreis et pilosis pellibus.

§ Item burgenses non debent venire ad hundredum extra burgum pro aliqua summonicione.

† Explicit hic de libertatibus et consuetudinibus THEOK'.

Robertus Comes obiit A.D. 1147. Willelmus Comes obiit A.D. 1183.

DXCII.

GRANT BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO MARGAM ABBEY, OF LAND IN MARGAN, IN EXCHANGE FOR LAND OF BALDEWINE THE HARPER OF NEWBOROUGH.

[PENRICE MSS.] 1147—1183.

WILLELMUS comes GLOECESTRIE R. NORR[EIS] Vicecomiti et Baronibus et hominibus suis omnibus suis salutem.

Sciatis me ecclesie S. M. de MARGAN et ejus conventu in excambio terre que fuit BALDEWINI citharíste de Novo BURGO dedisse C. acras in MARGAN, ita quietas et liberas sicut terram BALDEWINI prius habuerunt. Et insuper do eis domos ipsius BALDEWINI infra burgum cum curtillagio extra castellum . et incrementum terre SIWARDI palmarii de CARDIF . ad domum quandam faciendam . et quoddam burgagium in burgo de KENEFE. Testibus ROBERTO NORR[EIS] Vicecomite, GREGORIO filio ROBERTI, et WILLELMO filio STEPHANI, WILLELMO filio (*sic*) NICOLAI, H. TUSARD, RADULPHO PRENT'. Apud NOVUM BURGUM.

Imperfect seal of the Earl, light brown wax, and small gem counterseal. See DXCVII.

Endorsed—'Carta, W. comitis de excambio terre Baldewini cithariste . et de masuagio . S. palmarii . et de masuagio in Kenefeg.'

Novus Burgus, sometimes Nova Villa, is evidently Newton, now Newton Nottage. Siward Palmifer was probably a 'villein regardant,' for he was granted to Margam with his house and curtilage by Earl Robert, with his father's approval. The description, 'extra castellum,' evidently of Cardiff, seems to imply others, 'intra castellum'; and it is known that the outer court of the castle was occupied by the Knights and tenants lodgings, a chapel, and probably the Town Hall, held, it would seem, as freehold there. The foundation of these buildings was exposed a few years ago.

DXCIII.

GRANT BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO RICHARD DE CARDIFF, OF LAND NEAR KENFIG.

[PENRICE MSS.] 1147—1183.

WILLELMUS comes GLOUCESTRIE dapifero suo et vicecomiti suo de GLAMORGAN, et omnibus baronibus suis . et hominibus FRANCIS et ANGLIS, atque WALENSIBUS salutem.

Sciatis me dedisse RICARDO de KARDIF pro servicio suo NOVAM VILLAM in Margan . cum omnibus ad eandem villam pertinentibus . in bosco . in plano . in pratis et pasturis . et in aquis . et in omnibus aliis ad ipsam villam pertinentibus . juxta quod subscripte divise distinguunt, scilicet per antiquum fossatum quod incipit a litore maris et durat et tendit per DEWISCUMBE usque ad fossatum desuper sanctum TUDOCUM . deinde usque ALWEISCNAPPE . et ab ALWEISCNAPPE ad quendam lapidem inter ALWEISCNAPPE et BULLUCHESBRUHE . et inde usque ad vallem de CORNELI . inde usque ad vallem DANORUM et inde usque ad CATTESHOLE et inde directe usque ad mare per fundum vallis ad BAEIAN que est in sabluno. Et divise pratorum pertinentium ad ipsam Novam Villam extra suprascriptas divisas scilicet a vado de BAITHAN . usque ad altam viam que tendit de LANGEWY usque ad TREIKIC. Hanc NOVAM VILLAM in MARGAN cum omnibus ad illam pertinentibus juxta quod suprascripte divise distinguunt . dedi ego RICARDO de CARDIF . tenendam ipsi et heredibus suis . de me et de heredibus

meis libere, et quiete . et honorifice . per quartam partem servicii unius militas. Testibus his . HAWISIA comitissa uxore mea . ROBERTO de MEISI . SYMONE de SANCTO LAUDO, et multis aliis.

Endorsed—'Carta Willelmi, Comitis Gloucestrie, de terra quam dedit Ricardo de Cardif, in Glamorgan.

Richard de Cardiff was an early member of a family who had Walton-Cardiff, in Gloucestershire. He occurs in a Charter by Earl William, XVIII., and as Dapifer Comitis in 1169, XXXV. This is possibly his first connection with Newton, but he seems also to have held Blackscerre, a place near Newton, XXXIII. In 1197, XL., he or his son appears in a fine concerning a ¼ of a fee in Newton, where his two daughters had married Bavis and Sandford, of whom the latter held Newton.

Dominus Rob. de Meysi occurs in a Charter concerning Newton and Notashe, CLX., and Gautier de Maisi in 1102 and 1126.

S. de St. Laudo, or St. Loo, witnessed the foundation Charter of Keynsham by Earl William in 1169, XXXV. They had Newton-St.-Loo, near Bath.

DXCIV.

GRANT BY GRIFFIN, SON OF KADEROTH, TO MARGAN, OF HIS FATHER'S LAND IN GLAMORGAN.

[PENRICE MSS.] C. 1183.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris GRIFFINUS filius KADEROTH salutem.

Sciatis quod ego et fratres mei concessimus et dedimus et hac carta confirmavimus Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ejusdem loci in elemosinam totam terram quam pater noster KADEROTH tenuit de comite GLOECESTRIE in GLAMORGAN ut habeant et teneant eam libere et quiete per eandem libertatem per quam pater noster eam tenuit de comite. Et affidavimus et juravimus super sanctuaria ecclesie de MARGAN quod hec omnia fideliter tenebimus et warantizabimus predictis monachis in perpetuum. Et quia sigilla non habuimus sigillo MORGANI filii KARADOCI hanc nostram cartam sigillavimus qui et hujus donacionis plegius est et cum eo LEISAN filius ejus et GRIFFINUS et MADOC filii GNAITURI.

Round seal of Morgan ab Caradoc, 2 inches diameter, in dark green wax. Device—a man on horseback, riding to the proper left, sword in right hand uplifted, armour very indistinct, horse trappings doubtful. Legend—+ SIG . . . . M MARGANI . . . . OCI.

Endorsed—'Grifini f' Kaderaut.'

DXCV.

GRANT BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO KENAITHUR, SON OF HERBERT, SON OF GODWINET, AND HIS BRETHREN, OF THE LANDS OF KELLECULUM AND TREIKIK.

[PENRICE MSS.] C. 1183.

W. Comes GLOECESTRIE dapifero suo et vicecomiti suo de GLAMORGAN et omnibus baronibus suis et hominibus de GLAMORGAN FRANCIS et ANGLIS atque WALENSIBUS . salutem.

Sciatis me concessisse KENAITHURO filio HERBERTI filii GODWINET . et BLETHEIN . et WILLELMO . et KEINWREC et RIGERED . fratribus suis . filiis HERBERTI . terram de KELLECULUM quam HERBERTUS pater suus tenuit . et terram arabilem de TREIKIC inter terram LUARCH filii MEREWITH . et aquam de BAIDAN . tenendas de me et de heredibus meis sibi et heredibus suis . Ita libere et quiete et honorifice et per simile servitium sicut HERBERTUS pater suus tenuit terram suam de KELLECULUM . Testibus . RICARDO de CARDI dapifero . HAMONE de VALONIIS W. de BOSCO . W. de ACTONA LUARCH filio MEREWITH . CARADOC filio JOHANNIS DU. HERUEO clerico qui presentia conscripsit.

Seal gone.

Endorsed—'Memorandum quod Willelmus comes dedit filiis Herberti terram de Killeculom per istam cartam, quam quidem terram predicti filii Herberti dederunt monachis de Margan.'

DXCVI.


GRANT BY GRIFFIN MADDOC ANAROUD AND ENER, SONS OF GNAITHUR.

[PENRICE MSS.]

[Omnibus Sancte matris] ecclesie filiis presentibus et futuris GRIFFINUS. MADDOCUS . ANAROUD . et ENER . filii GNAITHUR salutem . . . . consensu heredum et parentum et amicorum nostrorum concessisse et dedisse et hac carta nostra confirmasse [Deo et] B. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus pro animabus nostris et antecessorum et successorum [nostrorum in] perpetuam elemosinam . totam terram nostram de KILLECULUM scilicet partem illam que fuit patris nostri . . . . illam que fuit avunculi nostri . WILLELMI' . quam emimus ab herede ejusdem WILLELMI. Hec est medietatem . . . . [KIL]LICULUM . cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis. Ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni [servitio et] exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri . excepto servitio quod antecessores nostri pro . . [s]olebant facere ad coquinam comitis, scilicet . XIIII. denariorum . quos ipsi monachie persolvent quando fuerint requisiti . . . . . . hanc elemosinam nostram predictis monachi contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. Set et sciendum . . . . terminos predictorum monachorum . scilicet . inter AVENAM et KENFEG . abjuravimus in perpetuum.

Testibus.

Endorsed—'Carta II. filiorum Gnaithur de Killekulum.'



DXCVII.

GRANT BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO WALTER LAGELES OF THE LAND WHICH HIS FATHER HELD, FOR AN ANNUAL RENT OF EIGHT SHILLINGS.

[PENRICE MSS.] C. 1183.

W. Comes GLOUCESTRIE suo vicecomite et omnibus baronibus suis atque hominibus et amicis suis, GUALIS FRANCIS et ANGLIS atque WALENSIBUS. salutem.

Sciatis sue dedisse et concessisse WALTERO LAGELES terram quam pater ejus tenuit. pro. VIII[to.] solidis singulis annis pro omni servicio tenendam de me et heredibus meis. ei et heredibus suis et omnes libertates quas mei liberi homines habent. in bosco. et plano. in pasturis et in ceteris rebus. Et volo atque precipio quatinus illam bene et in pace et honorifice teneat. Testibus WILL° de CLIFORD vicecomite WILL° filio NICHOL' MARSCAL'. WILL° de Bosco. WILL° filio HENRICI. GILBERTO de TURBERVILL'. RODBERTO filio RICARDI HUGONE de HER[EFORD WALTERO] LUVEL. WAKELIN. Apud CARD'.

Fine large Seal, light brown wax, 3in. diam. A lion statant gardant contourné, tail erect. Behind him a lily, or conventional tree.

Legend, + SIGILLUM WIL[LEL]MI GLORNCESTRIE CONSULIS.

Small Counterseal: Impression of an antique oval intaglio gem, a helmeted bust to the right, between two figures of Nike, in the air, each holding a wreath towards the bust; below it an eagle, rising regardant, upon an estrade, between two standards.

+ AQUILA. SU. ET. C'TOS. COMITIS. [Aquila sum et custos Comitis.]

Endorsed—'Walteri Lageles.' 'Lagleston.'

Earl Robert is described sometimes as Comes, sometimes as Consul Gloucestrie, but the seal here used affords the only known example in which the title of Consul was used by his son.

DXCVIII.

GRANT BY LEUUAR SON OF MERUIT TO MARGAN, OF THE LAND WEST OF FRUDEL.

[PENRICE MSS.] - A.D. 1149—1183.

Sciant omnes quod ego LEUUAR filius MERUIT clamo quietavi totam terram que jacet ex parte occidentis FRUDEL . quam tenui de Abbatia de MARGAN . ad censum dando annuatim duos nummos pro acra et hoc ad terminum. Preterea ego et fratres mei . scilicet CADUGAN et IVOR et CÀNAAN clamamus quietam totam terram qui jacet inter RANEL et FRUDEL in plano et bosco cum pascuis quam tenuimus de Abbatia de MARGAN . ad censum. Has terras predictas clamamus quietas cum bona pace et . sponte nostra abjurantes illas in perpetuum tam pro nobis quam pro omnibus parentibus nostris presentibus et futuro . juramento facto coram RODBERTO tunc vicecomite de CARDIF et omni WALENSI hundredo comitatus de MARGAN. Et quod erimus pro omnibus hominibus si ullo tempore aliquis eas calumpniari presumpserit ex parte patris vel matris nostre. Et si quis eas calumpniatus fuerit qui non sit de parentela nostra quod nos pro posse nostro consilium et auxilium prebebimus ad defensionem abbatie. Preterea notum sit omnibus quod nos ita abjuravimus terras predictas quod nunquam amplius aliquis, ex nobis neque de parentibus nostris eas tenebit neque de rege . neque de comite . neque de aliquo domino FRANCIGENA vel ANGLICO vel WALENSI. Et super hec omnia . confirmavimus hoc . in plenario comitatu de CARDIF . et in manum cepimus super totum feudum nostrum. Et quia nos ipsi sigilla non habuimus . sigillo N[ICHOLAI] LANDAVENSIS episcopi . et sigillo predicti RODBERTI filii GREGORII tunc vicecomitis de GLAMMARGAN . predictum hanc nostram concessionem corroboravimus. Et pro hac abjuratione monachi dederunt michi xx^ti. solidos pro illa terra que jacet ex parte occidente FRUDEL . et pro illa que jacet inter RANEL et FRUDEL michi et fratribus meis quatuor libras. Hujus rei plegii sunt predictus RODBERTUS vicecomes. PAGANUS de TURBERVILE .

WILLELMUS SCURAGE . WALTERUS LUVEL . WILLELMUS de COGAN . THOMAS de CORNELI KENITHUR filius HEREBERTI . et JOAF frater ejus . CRADOCUS filius JOHAN et fratres ejus KENEITHUR . et CHEDEREC . RICHERET filius BRIAVEL et GRUNI filius ejus WILLELMUS filius GILLEMICHEL et KADEROT frater ejus WASSEFREI et GESTELARD, et WURGAN filius RUELEN.

Two seals in brown wax, in good condition, 3¼ by 2⅛-in.

1. Bishop Nicholas ab Gurgant. The Bishop standing on a corbel with mitre and staff, right hand uplifted in blessing.

SIGILUM NICOLAI DEI GRACIA L[AND]AVENSIS EPISCO[PI].

See Birch, *Catal. of Seals in Brit. Mus.*, No. 1859 (a variant).

2. 1½-in. diam. An ornamental fleur-de-lis.

+ SIGILLUM ROBERTI FILII GREGORII.

Endorsed—'Cartha Lewar filii Mer' et fratrum suorum. De terra occidentis Frudel.'

DXCIX.

GRANT BY LUARH TO MARGAN. (IMPERFECT.)

[PENRICE MSS.] NO DATE.

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris. LUARH . . . . salutem. Sciatis me consilio et consensu parentum . . . . ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et Monachis ibidem. . . . . tuam . liberam et quietam ab omni . . . . [predi]ctam terram ego et heredes mei prefatis Monachis . . . . o de Novo CASTELLO . PHILIPPO de LAB'NACH. . . . . PHILIPPO forestario.

DC.

CONFIRMATION BY BISHOP NICHOLAS OF THE GRANT OF THE CHURCH OF COLWINESTON TO ST. MICHAEL'S [EWENNY PRIORY], BY MAURICE DE LONDRES.

[Cotton Charter, XI. 24.] 1149—1183.

N. Dei gratia Landavensis ecclesiæ episcopus. Omnibus successoribus suis canonice substituendis et universis sanctæ ecclesiæ filiis salutem.

Sciatis quam ego concedo et confirmo donationem de ecclesia de Colwinestuna quam Mauricius de Lundoniis fecit æcclesiæ Sancti Michaelis et monachis ejusdem ecclesiæ me presente et teste ad hoc vocato hanc autem ecclesiam sic dedit et cum omnibus scilicet pertinentiis suis libere et quiete in decimis et consuetudinibus et nominatim terram duabus viis et aque interjacentem que ab eadem ecclesia ablata fuerat eidem æcclesiæ reddidit et dedit. Facta autem hac donatione presentaverunt mihi prefati monachi duas honestas personas Willelmum scilicet presbiterum et Philipum Magistri Radulfi filium quas ego prefate æcclesiæ monachis et domino Mauricio hoc exigentibus et concedentibus inpersonavi tali tamen pacto quod marcam unam argenti æcclesiæ Sancti Michaelis de Huggomora et monachis eidem æcclesiæ singulis annis reddere debent dimidiam scilicet marcam in annuntiacione Sanctæ Marie et alteram dimidiam marcam in festo beati Michaelis. Et si alter eorum mortuus fuerit alteram marcam reddendo eandem ecclesiam teneat et post mortem istarum personarum prefata æcclesia æcclesiæ Sancti Michaelis de Huggomora et monachis libera et quieta remaneat. His testibus Radulfo Landavensis æcclesiæ et Magistro Johanne canonicis. Eodem die disratiocinati sunt Mauricius de Lundoniis et monachi de Sancto Michaele me presente decimas terræ quam Ricardus Latimarius de Willelmo de Lundoniis et Mauricio ejus filio tenuit et ita quod domnus Lefricus et Willelmus et Johannes filii sui clamaverunt eam quietam æcclesiæ Sanctæ Brigide et monachis. His testibus magistro Johanne, et Radulfo de Lancarban, Isaac presbito, Harnaldo presbito, Ricardo de Marcros, Gilleberto

presbitero, OENO milite, RIS WALENSI, EDWARDO preposito, WILLELMO TRAVERS, et WILLELMO de LANCARBAN clericis.

At the top is the word CIROGRAFUM cut through.

Endorsed—'De Ewenny.'

This was Bishop Nicholas ap Gurgan, who occupied the see from 1149 to 1183; the first Bishop of pure Welsh blood since the Conquest, and probably due to the conciliatory policy adopted by Earl Robert, and so far continued by his son, who succeeded in 1147. The Earls of Gloucester claimed, and for some time exercised, a royal power during the vacancy of the see, and no doubt had a good deal to say to the actual appointment of the Bishops.

DCI.

GRANT BY RICHARD BULCHART TO MARGAM ABBEY OF LAND PROBABLY IN ROATH.

[HARLEY CH: 75 B. 25.] LATE 12TH CENT.

Sciant omnes tam presentes quam posteri quod ego RICARDUS BULCHART dedi Deo et Sancte MARIE de MARGAN quinque acras et dimidiam prati quas emi proprio catello meo . que jacent inter pratum WILLELMI DOCGEUEL et pratum hominum de RAD in perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni servitio et seculari exactione . Has acras dedi Deo et Sancte MARIE pro anima mea et uxoris mee et antecessorum meorum . et pro hac donatione abbas de MARGAN dedit michi marcam argenti . et quia ego sigillum non habui hanc meam donationem sigillo matris mee LANDAVENSIS ecclesie ut firma perseveret in perpetuum . confirmavi. Testibus . ROGERO GULEGUT . GAUFRIDO et BALDEWINO et RODBERTO filiis WILLELMI PALMARII . WALTERO SIWART . et RODBERTO filio ejus.

Endorsed—'Carta Ricardi Bulchart de quinque acris prati et dimidia quas nobis dedit.'

Seal, brown wax, imperfect.

First seal of the Chapter of Llandaff.

Rad, written also as Raath, Rat, Raz, is Roath, a parish touching Cardiff on the East.

DCII.

ANOTHER VERSION OF THE PRECEDING GRANT.

[PENRICE MSS.] 1149—1183.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego RICARDUS BULCHARD dedi ecclesie Beate MARIE de MARGAN .v. acras prati que jacent infra pratum WILLELMI DOGGEUEL et pratum hominum de RATH . pro anima mea et uxoris mee . et antecessorum meorum libere et quiete et inconcusse . in perpetuam elemosinam. Et quoniam sigillum non habui . hanc meam cartam sigillo ROBERTI filii GREGORII tunc vicecomitis corroborare feci. Hiis . testibus.

Endorsed—' Carte ejusdem de v. acras prati.'

DCIII.

GRANT BY JOHN, SON OF ODO SOR, TO MARGAM OF LAND CALLED CANTEREL IN BRISTOL CASTLE.

[PENRICE MSS.] C. 1150.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris . quod ego JOHANNES filius ODONIS SORI . dono et concedo in perpetuam elemosinam ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . domum et terram CANTEREL in castello de BRISTOLLIA . libere et quiete absque omni exactione . sicut eam illi donaverat pater meus per manum fratris WILLELMI de CLARAVALLE . qui tunc fuit abbas predicti monasterii . per cujus manum nunc eidem ecclesie hanc donationem sigilli mei impressione confirmo . ut firma et stabilis permaneat donatio. Testes sunt.

Endorsed—' Carte Johannis filii Odonis Sori de terra Canterel apud Bristolliam.'

The family of Le Sore was settled early in Cornwall, but gave name to Blackwell-le-Sore in Somerset, and held lands also in Gloucestershire. They also came early into Glamorgan, where Odo Sorus tested a concord in 1126 between Bishop Nicholas and Earl Robert of Gloucester. In the reign of Henry II. Jordan le Sore had fifteen fees in Gloucestershire, and John seems to have had Kiltican or Killigar, otherwise St. Mary Hill in Glamorgan, in 1202. Peterston is said to take its name from a St. Peter le Sore, and St. Fagan's Castle to have been built for a Sir Mayo or Matho le Sore. Philip le S. tested a

Bonvileston deed in 1302, and the family certainly long held the manor of St. Fagan's. Of their co-heiresses, one married Wolf of Wolfs-Newton, whence the arms are quartered by the ducal Seymours, another married Lewis of Van, and others carried St. Fagan's by marriage to the Veles of Tortworth and Llysworney, who held it for a short time.

The name occurs frequently in the first volume of these Charters, and they were evidently considerable people in the Lordship.

If the above grantor be, as is probable, the original Odo, the date will be in the latter half of the 12th century. Sir Mayo is reputed to have married Maud or Matilda, daughter and co-heir of Philip Huntley, who may not improbably be the grantee of No. DCXXVII.

DCIV.

GRANT TO MARGAM BY PHILIP, SON OF GRIFIN, AND HIS SON AND WIFE.

[Penrice MSS.] Circa 1151.

Sciant omnes tam presentes quam posteri quod ego Philippus filius Grifini et Margan filius meus et uxor mea concessimus Deo et Sancte Marie et ordini Cisterciensi et domui de Margan per manum fratris Meilери in perpetuam elemosinam totam terram que vocatur Eniseleueu in bosco et in plano et pascuis scilicet a Pistilcoleu usque ad Chammaru et sicut via jacet a Chammaru per proximum collem juxta Luhmeneh usque Killecheireh pertingens usque ad viam que ducit ad Frutreulin et a Frutreulin usque Pistilcoleu et a Pistilcoleu usque ad fluvium Taf. Hanc predictam terram abjuravimus in perpetuum in capitulo de Landaf pro nobis et pro omnibus parentibus nostris tam p. q. f. cum bona pace et sponte nostra. Juravimus etiam quod si aliquis vel Francigena vel Anglicus vel Walensis terram predictam vel aliquam ejus partem aliquo tempore calumpniatus fuerit sive de parentela nostra fuerit sive extraneus nos et parentes omnes nostri stabimus ad warentizandum eam eis quibus eam concessimus ubicunque necesse fuerit. Concessimus preterea Deo et Sancte Marie et ordini Cisterciensi et fratri Meilero et domui de Pendar in perpetuam elemosinam omnia pascua nostra per totam terram nostram libera et quieta ab omni servitio ubique per totam nostram [terram] exceptis

terris cultis et pratis. Pro his omnibus frater MEILERUS dedit nobis duos solidos ad testimonium in posterum. Et ego PHILIPPUS receptus sum in fraternitate domus de MARGAN. Et quia ego sigillum non habui sigillo LANDAVENSIS ecclesie hec omnia ut firma perseverent in perpetuum corroboravimus. Horum omnium testes hi sunt JOHANNES filius KENNOR ABRAAM GOBIO RICHERET filius SEISIL MAREDUC filius CARADOCI JOAF EIDIKETH JOHANNES LANDAF MORITHIC filius JOHANNIS RUWATLAN filius BRIAUEL.

For the seal, here tolerably perfect, see Birch, pp. 285-6, pl. x.

Endorsed—'Gwerne Yben now Morgan.'

Here, as well as two later grants, Margam is indicated as 'Pendar.'

DCV.

QUIT-CLAIM BY KENEITHUR, SON OF HERBERT, SON OF GODWINET, TO MARGAM, OF LAND AT RANETH.

[PENRICE MSS.] C. 1151.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego KENEITHUR filius HERBERTI filii GODWINET et fratres mei . scilicet . BLEDINUS . et WILLELMUS . et RIGEREDUS . et KENWREC . et JOHANNES . clamavimus quietam terram de RANETH quam pater noster tenuit de abbatia de MARGAN ad censum . scilicet pro qualibet acra . II. denarios per annum . sicut illam quam non tenebat nisi ad terminum in voluntate abbatis. Hanc autem terram quietam clamavimus cum bona pace et sponte nostra in perpetuum . forisjurantes illam juramento facto coram episcopo LANDAVENSI . N. apud LANDAVIAM . pro anima patris nostri et matris nostre . et nos erimus pro omni parentela nostra . et pro omnibus hominibus si ullo tempore aliquis eam calumpniari presumpserit ex parte patris nostri vel matris nostre . et si aliquis illam calumpniatus fuerit qui non sit de parentela nostra . nos pro posse nostro auxilium et consilium nostrum prebebimus ad defensionem abbatie. Preterea notum sit omnibus quod nos ita abjuravimus terram predictam . quod nunquam amplius

aliquis ex nobis . neque de parentibus nostris illam tenebit . neque de rege neque de comite . neque de aliquo domino . FRANCIGENA . vel ANGLICO . vel WALENSE . Et super hec omnia hoc confirmavimus in plenario consulatu de CARDIF . et in manum cepimus ego et omnes fratres mei super liberum feudum nostrum . contra omnes homines tenendum. Hujus rei testes sunt. NICHOLAUS LANDAVENSIS episcopus . cujus sigilli attestatione hoc scriptum confirmatur . et EIGLINUS de PURBICA tunc vicecomes . qui idem suo sigillo confirmat . et RODBERTUS de WESTBIRA tunc prior de CARDIF . et ROGERUS prior de EWENI . et JOHANNES filius KENNORI . et URBANUS canonicus . et ABRAHAM GUBIO . et WILLELMUS TRAVERSUS . et RODBERTUS capellanus episcopi . et ISAAC decanus . et RODBERTUS filius RICARDI . et WILLELMUS de REIGNI . et RICARDUS filius HERVEI . et WALTERUS MUIDORGUIL . et GILEBERTUS CROC . GILEBERTUS de CONSTANTINO . et ROBERTUS de PURBICA . et UMFREIUS FRETOCSE . et WILLELMUS de COGAN.

Endorsed—'Carta filiorum Hereberti . De terra nostra Ranéth quam abjurarunt.'

DCVI.

CONFIRMATION BY THE SAME TO MARGAM, OF THE GRANTS BY RODBERT EARL OF GLOUCESTER, HIS SON EARL WILLIAM, AND RODBERT SON OF EARL WILLIAM, OF LAND BETWEEN CHENEFEG AND AVEN, ETC.

[PENRICE MSS.] 1153—1166.

Ego N[ICHOLAUS] Dei gratia LANDAVENSIS episcopus dignis postulationibus religiosorum adquiescens eorum paci et quieti in futurum providens . concedo et confirmo ecclesie Sancte MARIE de MARGAN omnia que RODBERTUS comes GLOECESTRIE et WILLELMUS comes filius ejus necnon et RODBERTUS[1] filius WILLELMI assensu patris sui eidem monasterio dederunt . scilicet totam terram que est inter CHENEFEG et AVENAM ulteriorem que est ad occidentem heremitagii THEODORICI a superiori cilio montium quod est ad sursam de CHENEFEG usque

in mare . et á sursa de CHENEFEG inter sursam FRUDUL et GETHLIFRETH usque in REDKEUELETHHI . id est in vadum KEUELTHHI in AVENAM . sicut predicte aque descendunt de montibus et vadunt in mare. Et piscarias de AVENA totas et piscariam in CHENEFEG . necnon et totum werreck maris quod super terram illorum venerit . et ex dono ROGERI de HAUBERTUNIA concedente WILLELMO SCURLAG . et ex dono WILLELMI filii WILLELMI SCURLAG grangiam LANGEWI . et terram quam GAUFRIDUS STURMI vendidit eis assensu uxore sue et ROGERI filii sui vel aliorum filiorum suorum. Hec omnia supra nominata rata esse et firma in perpetuum et libere et quiete possidenda sicut carte donatorum suorum testantur supradictis monachis sancto et ut illabata permaneant sigilli mei attestatione consigno. Testibus ROGERO priore de EWENI EDWINO . ADAM . BENEDICTO monachis GLOECESTRIE . HUGO monacho episcopi RODBERTO capellano . GERMANO clerico.

Pale red seal of Bishop Nicholas, very imperfect.

Endorsed—'N. Landav. episcopi confirmatio generalis . terrarum nostrarum,' etc.

(1) Ob. in vita patris, 1166: Anderson, *Geneal.* p. 741 *ad calcem.*

DCVII.

CONFIRMATION BY NICHOLAS, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM OF THE GRANTS TO THE MONKS OF CLAIRVAUX BY RODBERT, EARL OF GLOUCESTER, FOR THE FOUNDATION OF THE ABBEY, ETC.

[PENRICE MSS.] 1153—1183.

Ego NICHOLAUS Dei gratia LANDAVENSIS episcopus dignis postulationibus religiosorum adquiescens et eorum paci et quieti in futurum provideris . concedo et confirmo ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . monachisque ibidem Deo servientibus omnia que RODBERTUS comes GLOECESTRIE eidem monasterio dedit . ad constructionem abbacie in manu monachorum de CLARAVALLE . videlicet totam

terram que est inter AVENAM et CHENEFEG . a cilio montium usque in mare sicut predictæ aquæ descendunt de montibus et piscaturas AVENE. Et ex dono WILLELMI comitis GLOECESTRIE filii ejus totum werrech quod super terram illam venerit . et piscaturam CHENEFEG . et ex dono ROGERI de HAUBERTUNIA . concedente WILLELMO SCURLAG . grangiam LANGEWI . hec omnia supra nominata rata esse et firma in perpetuum et ita libere et quiete possidenda sicut carte donatorum suorum testantur supradictis monachis sancto et ut illibata permaneant sigilli mei attestatione consigno. Testibus . BERTRAMNO Priore de EWENI . PETRO . HUGONE . ADAMO . EDWINO monachis GLOECESTRIE . HEREWALDO et WILLELMO Canonicis LANDAVIE . WILLELMO Capellano de RUMMI . ADAM filio WALTERI . ROGERO de BONA VILLA . RICARDO de RUMMI . THOMA de LANDILTUIT . ALWARDO de PENMARC.

Seal red wax, pointed oval, 3¼in. by 2in. The Bishop is represented standing fullfaced, right hand raised in benediction, in his left the pastoral staff.

Legend—'SIGILLUM NICHOLAI DI G . . . . LANDAVIENSIS EPISCOP . . . . .' (vide Birch p. 282.)

Endorsed—'Landav: Episcopi N. confirmatio alia Generalis.'

DCVIII.

CHARTER OF PRIVILEGES GRANTED BY WILLIAM, EARL OF WARWICK, TO THE BURGESSES OF SWANSEA.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BOOKS, VOL. 1, f. 478.] 1153—1184.

WILLELMUS comes WARWICK omnibus baronibus et burgensibus et hominibus tam ANGLICIS quam WALENSIBUS et tam presentibus quam futuris salutem.

Notum sit omnibus vobis et FRANCIS et ANGLICIS tam presentibus quam futuris me concessisse et carta mea confirmasse burgensibus de SWEYNESSE has consuetudines . scilicet unicuique burgensi burgagium cum omnibus suis pertinentiis . scilicet eorum assars et unicuique septem acras ultra nemus et

supra BURLAKESBROKE et pascua usque HACKEDEWEYE et usque LYU et usque ad fossam sancti DAVID . et sic quod nullus aesyam inde habeat preter me et prefatos burgenses et nemora undique circa burgum meum ad pascendo peccora sua quam longius in die ire poterint et eadem nocte ad domos suas remeare . et porcos suos in nemore meo libere et quiete absque consuetudine habeant. Quercum ad domos suas et sepes et naves suas faciendas . reddendo de nave . XII. denarios et omne aliud nemus ad ignem eorum et ad omnia aysiamenta sua . et ferendum et ad vendendum ubicumque voluerint et poterint. Omnes bestias salvagias nemoris mei sine reclamacione habeant quas capere poterint excepto cervo et cerva et senglario et martrina. Et insuper infra PULKANAN et BLAKEPULLE omnem arenam ad piscarias suas faciendas illis concessi. Et si forte porpeys aut storgoun in aliqua piscaria captum sit . meum est et ego dabo illi cujus piscaria est . XII. denarios vel unam summam frumenti. Et si burgenses extra polam piscem aliquo modo capere poterint . illorum sit. Et si mari recedente wrek extra polam invenerint . dimidium meum sit . et dimidium illorum sit. Et si wrek invenerint in siccam terram . meum sit totum. Et ubicumque armigeri mei herbam ad equos meos ceperint. Burgenses similiter mei capiant cum illis . exceptis pratis meis. Et si in exercitum summonuero burgenses meos . sive ad aliud effectum meum . ibunt cum dispensa sua . ita ut eadem nocte ad domos suas redire possint. Et si longius illos duxerim . super dispensam meam erunt. Et si lucrati fuerint . medietatem contra me habeant. In domibus suis et extra domos suas spatium . VII. pedum in rure ante hostia sua pacem illis concessi . et super burgagia sua furnum . bracinum . et estre . et omnia proficua sua . libere et quiete. Et si burgensis forefecerit et in curia mea ductus fuerint . visu vicinorum suorum . . et nostrum sit rogatus per wagia et plegios . tunc placitabit in curia mea . et si per plegios et wagia . rogatus fuerit . antequam in curiam meam ductus fuerit . placitabit in hundredo suo. Burgensis non debet alibi placitare nisi in hundredo ubi calumpnietur de tradiccione corporis mei aut opidi mei. Et si burgensis hac tradiccione calumpniatus fuerit . purgabit

se sexta manu per jusjurandum . nisi in antea inde loqui voluero. Justicia mea non placitabit burgensem sine burgense teste. Non licet alicui de cibo meo et de pane testificari super burgenses. Qui effuderit sanguinem a nona diei sabbati usque ad mane diei Lune . XL. solidos de forefacto. Et á mane diei Lune usque ad nonam Sabbati . XII. denarios de forefacto . excepto assaltu meditato et forestallo. Nullus mercator advena scindat pannos ad detaylle . nec emat pelles . nec cutes . nisi de burgense. Si burgensis vult discedere et vendit burgagium suum et domum suam det . IIIJ. denarios thelonario . et quietus sit . et si voluerit perhendinet per unum mensem per illud theloneum . et si domum suam vendere non poterit . faciat de hoc quod est super terram velle suum . et si burgensis vadit in negocium suum . tribuat alicui domum suam qui reddat jura sua . et eat et redeat quando voluerit . ut ad propria sua.

Hec autem predicta concessi burgensibus meis de SWEYNESSE et heredibus eorum ad tenendum de me et heredibus meis hereditario jure . unoquoque eorum . reddendo mihi singulis annis . XII. denarios. Et ut hec concessio rata sit et irrefragabilis . hos adhibui fore testes. WILLELMUM LONDON . etc.

Entitled—'La Chartre le Counte Willam de Warwik des burgeys de Swenesse.'

DCIX.

ARBITRATION BY THEOBALD, ARCHBISHOP OF CANTERBURY, BETWEEN JOB THEN PRIEST OF ST. LEONARD'S, NEWCASTLE, AND MASTER HENRY TUSARD, OF ST. JAMES', CHENEFEG, CONCERNING THE TITHES OF GEOFFREY ESTURMI.

[PENRICE MSS.] 1154.

T. Dei gratia CANTUARIENSIS Archiepiscopus . ANGLORUM Primas . et apostolice sedis legatus . venerabili fratri et amico N[ICHOLAS] LANDAVENSI episcopo et universis Sancte MATRIS ecclesie filiis ad quoscunque presentes pervenerint littere salutem.

Causam inter ecclesiam Sancti LEONARDI de Novo CASTELLO et ecclesiam B. JACOBI de CHENEFEG . super parrochianis et decimis per earundem ecclesiarum personas JOB videlicet presbiterum et magistrum HENRICUM TUSARD contendentes sub nostra presentia sepius agitatam . desiderio et assensu utriusque inter ipsas ecclesias interveniente amicabili personarum compositione perpetualiter diffiniuimus et litem diremimus . Hoc modo . videlicet HENRICUS ecclesie de Novo CASTELLO decimam GAUFRIDI ESTURMI imperpetuum reliquit . et triginta acras terre de terra ecclesie de CHENEFEG . donec eidem ecclesie de Novo CASTELLO tantumdem terre adquirat . in loco propinquiori . et hoc tenore inter illis ecclesias perpetuam firmavimus pacem . Testibus . R. EBORACENSI electo et JOHANNE EBORACENSI thesaurario . et THOMA LONDONIENSI . et J. SARESBERIENSI . et RIC. CASTEL . apud CANTUARIAM anno ab incarnatione Domini. M°. C°. L°. IIIJ°.

Seal gone.

The word CIROGRAPHUM is cut through, at the top of the Charter.

Endorsed—'Testimonium Archiepiscopi Cantuariensis de controversia que fuit inter ecclesiam de Kenefec et illam de Novo Castello,' and in a later hand, 'De Stormy.'

DCX.

PRIVILEGES GRANTED BY HENRY II. TO NEATH ABBEY.

[P.R.O., MISCELL. BOOKS, VOL. I.] 1154—1189.

HENRICUS Rex ANGLIE et Dux NORMANNIE et AQUITANIE et Comes ANDEGEVIE justiciariis et vicecomitibus et ministris suis ANGLIE et NORMANNIE et WALLIE et portuum maris salutem.

Precipio quod equi et homines et omnes res monachorum de NETH quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias sint quiete de theloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram meam. Et prohibeo ne quis eos inde injuste disturbet super x. libras forisfacture. Teste, etc . . . .

DCXI.

GRANT BY PETER, PRIOR, AND THE CONVENT OF BATH TO MARGAM ABBEY OF LAND AT KEYNSHAM, Co. SOMERSET.

[HARL. CHARTER, 75 A. 30.] 1159—1165.

CIROGRAPHUM.

✠ PETRUS prior et totus conventus BATHONIE universis sancte ecclesie filiis salutem.

Sciant omnes tam presentes quam posteri quod nos concessimus abbati et monachis de MARGAN totam terram de KINEVERDESHAM scilicet tres ferlingos quos tenemus de heredibus ROBERTI de VAUCELES pro quinque solidis annuatim dandis tribus scilicet eclesie de DUNESTER et duobus supradictis heredibus nisi abbas de MARGAN de duobus solidis quietationem habere possit de predictis heredibus. Istos tres ferlingos dedimus illis et concessimus in perpetuum tenere de nobis libere et quiete sine omni alio servitio et exactione sicut eos umquam liberius tenuimus exceptis utibannis Regis.

The word CIROGRAPHUM is placed at the top, and cut through.

Endorsed—'Carta prioris de Bath.'

Two seals in red wax. 1. Robert, Bishop of Bath, ob 1165. 2. First seal of St. Peter's Abbey, Bath.

DCXII.

CONFIRMATION BY HENRY II. TO MARGAN OF GRANTS BY THE EARLS OF GLOUCESTER AND OTHERS.

[PENRICE MSS.] CIRCA 1161.

H. Rex ANGL' et Dux NORM' et AQUIT et Comes ANDEG' archiepiscopis episcopis abbatibus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus ministris baillivis et omnibus fidelibus suis FRANCIS et ANGLICIS totius ANGLIE et NORMANNIE et WALIE salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis etc. servientibus pro stabilitate et pace regni mei et pro salute mea et heredum meorum et pro anima Regis H. avi mei et Comitis And' patris mei et aliorum antecessorum meorum quicquid Robertus comes Gloecestrie et alii eis rationabiliter dederunt vel daturi sunt habendum et tenendum ita . libere et quiete et integre et rationabiliter sicut carte eorum eis testantur vel testabuntur. Scilicet ex dono Roberti Comitis Glocestrie totam terram que est inter Chenefec et Avenam a cilio montium usque in mare sicut predicte aque descendunt de montibus et piscarias de Avena et grangiam de Langewi cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willelmi de Ponchardun terram de Kinewerdesham cum pertinentiis suis. Ex dono Hugonis de Raelega grangiam de Grenedona cum pertinenciis suis. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et monachi ibi Deo servientes habeant et teneant omnia hec predicta ita bene et in pace et libere et quiete integre et plenarie honorifice et rationabiliter in bosco et plano in pratis et pascuis in aquis et molendinis in stagnis et vivariis et piscariis in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus sicut carte donatorum suorum testantur. Preterea eis concedo libertatem et quietanciam de thelonio et passagio et pontagio et omni consuetudine per omnia dominica mea de omnibus rebus suis quas emerint vel vendiderint vel deportare fecerint ad proprium opus suum quia ipsi et omnia sua sunt in mea manu et custodia et protectione. Testibus magistro Gaufr: Bidell' comite Reginaldo . Willelmo filio Ham' . Petro de Bello Campo . Gaufr: de Valon' . Apud Leon.

The great seal in red wax, on a parchment label.

Endorsed—'Confirmatio Regis Henrici II. Item de theloneo et passagio.' 'Leon' is no doubt Lions-la-forêt in Normandy where Henry had a castle, and was present in 1161. The witnesses occur in Charters ranging from 1149 to 1175.

DCXIII.

GRANT BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO HIS SON ROBERT OF LAND IN MARGAN, WHICH ROBERT THEREUPON GAVE TO ABBOT CONAN AND THE CONVENT.

[Penrice MSS.] C. 1170.

W. Comes Gloecestrie vicecomiti suo de Glamorgan . et omnibus baronibus suis et hominibus Francis et Anglis atque Walensibus . salutem.

Sciatis me dedisse Roberto filio meo illam terram in Margan que fuit in calumpnia inter me et monachos ecclesie Sancte M. de Margan. Scilicet ab inferiori cilio montis usque ad superius cilium montium ad sursam de Kenefech inter Gethlifrith et Frudul . usque in vadum Kewelethhi . in Avenam . in bosco et in plano. Et ipse Robertus filius meus coram me et meo assensu eandem terram totam in bosco et in plano dedit predicte ecclesie Sancte M. de Margan et monachis ejusdem loci in manu Conani Abbatis in perpetuam elemosinam . libere et quiete ab omni servicio et exactione seculari. Teste Hawisa Comitissa . Conano abbate Albe terre . Ricardo abbate Sancti Augustini de Bristollia Radulpho abbate de Neth . W. de Bosco tunc vicecomite . Will$^{o.}$ de Cliford . Ricardo de Cardi Simone de Cardi Johanne de Sancto Laudo . Roberto filio Ricardi . Galfrido Sturmi Reginaldo filio Simonis Will$^{o.}$ de Actona . Gilberti Croc . Widone de Rocca . Roberto capellano . Engelram Walensi Johanne et Ricardo de Cliford . Hamone de Valoniis Hernuo clerico.

Seal gone.

Endorsed—'Carta W. Comitis de donatione terre super cilium montis de Margan.'

DCXIV.

CONFIRMATION BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO MARGAM ABBEY, OF THE GRANT TO BROTHER MEILER BY GRIFFIN, SON OF IVOR, OF AWENET, FOR A HERMITAGE OR ABBEY.

[PENRICE MSS.] C. 1170.

W. comes GLOWCESTRIE dapifero suo et baronibus suis . et omnibus hominibus suis FRANCIS et ANGLIS et WALENSIBUS salutem.

Sciatis me concessisse donacionem quam GRIFFINUS filius IVOR fecit abbacie de MARGAN . per manum fratris MEILERI . AWENET. Ad faciendum heremitagium . sive abbaciam si fieri potest. Scilicet super aquam de TAF totam terram que vocatur STRATVAGA in bosco et in plano . et totam BRENKEIRU et de BEYKEHU TAF . usque BARGAU REMNI . et totam KARPDAWARDMENET et totam MAISLETTE . et de MAUHANIS capite . usque TAF . et piscarias in TAF . quantum sua terra extenditur. Preterea omnem terram Sancte GLADVS . in bosco et in plano . et omnia pascua ab illa terra . usque BOHRUKARN et ex altera parte terre Sancte GLADVS . usque HENGLAU . scilicet veterem fossam . usque ad aquam que vocatur KIDLIHA . et totam terram MASMAWAN . in bosco et in plano . tenendum in perpetuam elemosinam . liberam et quietam ab omni seculari servicio et exactione . Testibus HAWISA comitissa . HAMONI de VALONIIS . ALEXANDRO de TICHES' . WIDONE de RUPE . WILLELMO de la MARE . Magistro ERNISIO . OSBERTO clerico.

Imperfect seal, as described in No. DXCVII.

Endorsed—'Donatio comitis . G. de Meiler.'

Griffith ap Ivor bach was the Welsh lord of Senghenydd; he married Mabel, a daughter—probably illegitimate—of Earl Robert, and was by her ancestor of Lewis of Van, and Prichard of Llancayach. Beykehu Taf and Burgun Remni were the Bargoed branches, or rather subordinate heads of those rivers.

DCXV.

DISPOSAL OF LAND ON THE TAFF BY GEOFFREY STURMI AND ROGER HIS SON TO MARGAM.

[HARL. CHARTER, 75 D. 1.] C. 1170.

Sciant omnes quod ego GAUFRIDUS STURMI et ROGERUS filius meus et heres meus posuimus in manibus abbatis et monachorum de MARGAN totam terram que est inter vadum TAUIS usque ad fontem PETRE sicut via puplica vadit á vado ad fontem superius et sicut rivuli descendunt de vado et de fonte inferius usque dum rivuli conveniunt. Videlicet totam terram que clauditur inter illos rivulos et predictam stratam in terra arabili et pratis et pascuis . de tota terra ista seisavimus abbatem et monachos pro tribus marcis et dimidia. Est autem in voluntate et arbitrio abbatis et monachorum utrum velint eligere an pro tanto precio emisse terram funditus an in vadium suscepisse. Testibus WALTERO LUVELLO EINULFO RODBERTO clerico RODBERTO sutore HELI filio ARTHAN RICARDO filio ALBERTI RICARDO SUEIN JOHANNE nigro fabro GAUFRIDO POLLARDO GREGORIO filio HUGONIS.

A fine large but imperfect oval seal, 2¾in. by 1¾in., in red wax. A figure of the owner, profile to his proper left, blowing a horn, and holding a lance with a head, fleury. The helmet is remarkàble. Legend—' + SIGILL . . . . . IDI STURMI.'

Endorsed—' Carta Gaufridi Sturmi et Rogeri filii ejus de finibus terre quam dederunt abbati et monachis de Margan.'

DCXVI.

CHENETHER OR CNAYTHUR, SON OF HERBERT, AND HIS BRETHREN GRANT TO MARGAM LAND NEAR THE WELL OF ULF.

[HARL. CH. 75 B. 32.] C. 1189.

Sciant omnes quod ego CHENETHER et fratres mei scilicet BLETHIN . W. CHENWREC . RIDEREC . dedimus abbatie de MARGAN in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione quandam partem terre nostre habentem metas istas. Ab oriente viam que vadit á vado fontis ULFI versus montana et ab occidente proximum rivulum descendentem de bosculo. Ab austro vero rivulum magnum . in aliqua parte interposita terra de MARGAN. Ab aquil[one] autem lapides in signum mete positos. Testibus . frater MEILERUS heremita . frater JORDANUS . frater HUGO . frater RICARDUS conversi [URBANUS] archidiaconus . cujus sigillum huic carte dependet. W. supprior . et W. infirmarius qui audierunt eos jurare.

Endorsed—'Carta filiorum Hereberti De parte quadam terre sue quam nobis dederunt.' and—'Carta Cnaythur et fratrum ejus de terra sua.'

Two seals in brown wax.

1. Pointed oval 1¼in. by ⅞in. diam. A dexter hand and vested arm with long tassels from the wrist, holding a pastoral staff.

+ SIGILL' ABB . . . . . . DE NETH'.

2. Pointed oval 2in. by 1⅝in. diam. A dove displayed with wings inverted.

+ SIGILLU URBANI ARCHIDIAC' LANDAVIE.

DCXVII.

CONFIRMATION BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO MARGAM, AT THE REQUEST OF WILLIAM, SON OF GREGORY DE TURRI, OF THE GIFT OF A POUND OF CUMIN DUE FOR LAND AT CHENEFECH.

[PENRICE MSS.] 1147—1183.

W. Comes GLOECESTRIE omnibus hominibus suis et amicis FRANCIS et ANGLIS atque WALENSIBUS salutem.

Sciatis me peticione WILLELMI filii GREGORII concessisse et hac carta mea confirmasse donacionem illam quam predictus WILLELMUS fecit ecclesie B. M. de MARGAN et m. i. D. s. scilicet de una libra cumini quam HELYAS clericus Domine ALIENORE Regine ANGLIE reddere solebat GREGORIO de TURRI et WILLELMO filio suo pro servicio terre quam predictus HELYAS Clericus de illis tenuit apud CHENEFECH desicut carta predicti WILLELMI quam ipsi inde habent. testatur salvo servitio meo quod predictus WILLELMUS mihi inde facere debet. Testibus HAWISA Comitissa GLOECESTRIE . RICARDO de CARDIF senescallo . SYMONE fratre suo . ROBERTO filio GREGORII dapifero . WILLELMO et DRUGONE fratribus suis . HAMONE de VALONIIS . REGINALDO filio SYMONIS . magistro HEREVEO clerico . JORDANO clerico.

Seal gone.

Endorsed—' Confirmacio Comitis et quietancia cimini.'

Hawise, whose name appears at the head of the witnesses of many of her husband's charters, was a daughter of Bellomont, Earl of Leicester, and mother of his children. She shared his captivity when taken by Ivor Bach in 1158.

DCXVIII.

GRANT BY HUGH DE HEREFORD TO MARGAM, OF 13 ACRES OF LAND IN MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego HUGO de HEREFORD dedi Deo et Sancte M. et m. de MARGAN de terra mea quam teneo de comite GLOUCESTRIE in

MARGAN tredecim acras et dimidiam scilicet a terra WALENSIUM que collateralis est terre mee versus occidentem . XXVII. perticas in latitudine et á terra WALTERI LUVELLI que adjacet terre mee versus moram octoginta perticas in longitudinem ita ut pratum meum eorum sit . et si alicubi in terra mea potuerint marlam invenire . concedo eis locum marle . ad usus proprios et viam marle deportande usque ad terram suam . quamcunque sibi facere voluerint vel eligere. Hoc totum concedo eis in perpetuam et puram elemosinam . ut habeant et teneant libere et quiete ab omni servicio et seculari exactione. Et preterea concedo eis communam pasture per totam terram meam ut habeant sicut ego pratis et segetibus exceptis. Hiis testibus . ROGERO tunc cellarario de MARGAN . JORDANO converso et GODWINO . JOHANNE filio HEREBERTI . GUGAN BODEWEN . CARADOCO filio HUGONIS . WALTERO filio FORDRETT . ÆILWARDO de CORNELI . WILLELMO de CORNELI.

The seal gone.

Endorsed—'Carta Hugonis de Hereford de XIIIcim. acris terre quas nobis dedit.'

DCXIX.

WILLIAM, RURAL DEAN OF WRENID, TO HAMELINE, ABBOT OF GLOUCESTER, AND ROGER, PRIOR, CONCERNING THE CHURCH OF STURMY.

[HARL. CHAR: 75 b. 3.] C. 1170.

Venerabilibus patribus HAMELINO abbati GLOECESTRIE et R[OGERO de NORWICO] priori LANTONIE WILLELMUS decanus de WRENID salutem.

Quod in nostra decania vidimus et audivimus hoc fideliter testamur. Quod illam ecclesiam de villa STURMI de qua controversia fuit inter ROGERUM STURMI et GILEBERTUM presbiterum de Novo CASTELLO . GAUFRIDUS STURMI pater illius ROGERI construxit in villa sua in solitudine in terra qua nemo unquam prius araverat . et ex illius GAUFRIDI donatione et presentatione recepit eam TOMAS presbiter et cunctis diebus vite sue possedit . et ut verum fateamur illa

eclesia non de eclesia NOVI CASTELLI set de nobis crisma recepit . et in tempore tam G[AUFRIDI] quam R[OGERI] ibi baptizabantur infantes et mortui sepeliebantur. Valete.

The writing is occasionally illegible. Wrenid is Groneath, a rural deanery in West Glamorgan. Sturmi is not now a parish. The name is retained in Stormy Down, in Pyle parish. The family name occurs in many parts of England, and evidently was given by them to this their Glamorgan manor.

DCXX.

TERMS OF THE SETTLEMENT OF A DISPUTE BETWEEN NETH AND MARGAM, CONCERNING LAND AT SKERRA GRANGE.

[PENRICE MSS.] 1173—8.

CYROGRAPHUM.

Controversia que agitabatur inter Abbatem de NETH et Abbatem de MARGAN . super centum acras terre apud grangiam de SKERRA . quas monachi de MARGAN vendiderant monachis de NETH . hac est amicabili compositione sopita. Abbas de MARGAN quia non potest terram ipsam monachis de NETH guarantizare receptam pecuniam . XIJ. videlicet marcas argenti ipsis monachis debet restituere . et de illa terra perquirenda ut eam monachi de NETH libere et absque censu possideant se debet intromittere et si hoc fecerit . ut eam libere et absque censu possideant . tunc monachi de NETH . XII. predictis marcis argenti jampredem persolutis . VIIJ$^{to.}$ adicient . et has simul . XX. marcas argenti monachis de MARGAN restituent. Quod si abbas de MARGAN non fecerit . set a comite GLOECESTRIE excambium suum adquisierit . idem excambium in pace possidebit . et cum XIJ. marcis argenti jam persolutis adhuc . V$^{que.}$ monachis de NETH persolvet. Hec compositio facta est in presentia domni JOILL'[1] abbatis SAVIGNIENSIS et domni WALTERI abbatis COMBREMERE . inter abbatem de MARGAN et abbatem de NETH concensu conventus utriusque de NETH et de MARGAN.

There have been two seals, of which only the labels remain.

Endorsed—'De centum acris de Skerra, venditis monachis de Neht.'

(1) Joslenus, Abbot of Savigny, occ. 1173, 1178, in *Gallia Christiana*, tom. XI., p. 547.

DCXXI.

CONFIRMATION BY HENRY II. TO THE MONKS OF CLAREVAUX (MARGAN) OF GRANTS BY THE EARLS OF GLOUCESTER AND OTHERS.

[Penrice MSS.] 1175—1177.

H. Dei gracia etc. etc. archiepiscopis episcopis abbatibus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Anglie et Wallie salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse monachis de Clarevall' donationem quam Robertus comes Gloecestrie et Marilia comitissa uxor sua et comes Willelmus eorum filius eis racionabiliter fecerunt de tota terra que est inter Kenefeg et Avenam ulteriorem que est ad occidentem hermitagii Theodorici sicut predictæ aquæ descendunt de montanis et sicut terra illa vadit per montana a sursa aque Kenefeg inter sursam Frudul et Gethlifreth usque in Redkeweletthhi id est in vadum Keweletthhi in Avenam. Ex dono etiam illorum concedo eis et confirmo piscarias de Avena totas et piscariam in aqua Kenefeg et totum werrech super terram illorum veniens ita quod nemo super illud werrech manum mittat nisi per ipsos monachos. Et burgagium quoddam in villa de Kenefeg et aliud burgagium in villa de Kardif scilicet Siward palmerum cum domo sua et curtillagio libera et quieta ab omni exactione et servitio seculari. Centum etiam acras terre in Margan in excambium terre quam habuerunt a Baldewino Cithareda juxta Novum Burgum cum quadam burgagio in Novo Burgo. Preterea concedo eis et confirmo racionabilem libertatem et quietantiam quam comes Willelmus Gloecestrie eis dedit et concessit per omnes burgos suos de omnibus rebus quas ipsi vel homines qui sunt ad eorum manupastum vendiderint vel emerint ad usas proprio. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant omnia hec predicta cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et molendinis in vivariis et piscariis in moris et mariscis in viis et semitis et

in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus bene et in pace libere et quiete plenarie integre et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis sicut carta comitis ROBERTI GLOECESTRIE et carta comitis WILLELMI filii sui testantur et determinant. Testibus R. WINTON: G. ELYENSI R. WIGORN' episcopis RIC: thesaurario RIC: de LUCI comite WILLELMO de MANDEVILLA WILLELMO filio AUDEL' dapiferi REGINALDO de CURTENAI SEIHERO de QUINCI THOM' BASSETT RAND' de GLANVILLA ROBERTO de STUT[EVILLA] REGIN' de PAVEILLI WILLELMO de LANVAL' HUGO de GUND' WILLELMO de ALBINEIO GERARDO de CANVILLA apud WESTMONASTERIUM.

The great seal of Henry II. in red wax.

Endorsed—'Confirmatio H. Regis de omnibus cartis comitum Rodberti et Willelmi filii ejus.'

In a later hand—'De piscariis et wrecke et de omnibus commoditatibus nostris.'

Also—'100 acris in Margam.'

In writing of the 17th century—'Pant y vlayddast id est Gethlifreth.'

DCXXII.

CONFIRMATION BY PETER, BISHOP OF ST. DAVID'S, TO NEATH ABBEY OF THE FISHERY OF SUB PONCHANAN, ETC.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BOOKS, VOL. 1, f. 476, b.] 1176—1198.

P[ETRUS] Dei gratia MENEVENSIS . episcopus . Universis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris salutem et benedictionem.

Cum ex injuncto nobis officio teneamur omnibus cure nostre commissis maxime viris religiosis paternam impendere protectionem . autoritate qua fungimer concedimus et confirmamus monasterio de NETH et monachis ibidem Deo servientibus omnes possessiones atque beneficia que vel principium vel (*sic*) aliorum fidelium largicione vel concessione eidem abbatie in nostra parochia sunt donata

vel concessa . videlicet ex dono ROGERI comitis de WAREWYC . piscariam de SUB PONCHANAN.[1] Et terram quam tenuit GAUFRIDUS . PANCHEFOT de feudo TALEBUND . que est inter duas has aquas . LYV . et LOHOT et inter duos rivulos qui cadunt in LOHOT . quam HENRICUS LE VILERS predictis monachis in elymosinam dedit concedente HENRICO de WARWYC. Capellam similiter Sancti MICHAELIS cum terra et pasturis et ceteris aisiamentis que habent de HENRICO LE VILERS. Confirmamus etiam quod concessit W. comes de WARWC . eisdem monachis de bosco suo . scilicet . necessaria sua . et tam in bosco quam in plano communionem . pascue sue . ovibus et animalibus eorum porcis et equorum gregi . Manachi (*sic*) autem HENRICO de WARWYC pro confirmatione et concessione predictarum rerum . terram que fuit WILLELMI BIBOIS et domos suas . et centum acras de PENNARD quas ROGERUS comes dederat predictis monachis . reddiderunt . et WILLELMO comiti de WARWYC pro hac sua confirmacione concesserunt.

Has itaque donaciones et concessiones predictorum cum . xxx[a] acris et pasturis et communionibus quas WILLELMUS de BARRY Deo et prenominatis monachis in perpetuam elemosinam dedit . sub protectione Dei et nostra suscipientes decernimus eas abbatie prefate firmas et inconcussas inperpetuum permansuras. Ex autoritate Dei et nostra prohibentes ne quis audeat eas violenter invadere vel temere perturbare . Si quis eas conservaverit vel augmentaverit . divine benediccionis et nostre gratiam impetret . Qui vero persecutor fuerit . vel eas injuste turbaverit . in divinam se indignacionem incursurum et a nobis donec condigne satisfaciat . anathematis vinculo noverit innodatus. Ut igitur omnia predicta rata et inconvulsa predicto monasterio permaneant . et libere . et quiete . tene[a]ntur . ea presenti carta nostra confirmamus . et attestacione sigilli nostri communimus . Hiis testibus etc.

Peter de Leia, Prior of Wenlock, Bishop of St. David's, 7th Nov., 1176 to 16th July, 1198.

(1) Cf. CCLXII.

DCXXIII.

CONFIRMATION BY HENRY II. TO MARGAN OF FORMER GRANTS.

[PENRICE MSS.] C. 1179.

HENRICUS Dei gratia Rex ANGLORUM Dux NORMANNORUM et AQUITANORUM et Comes ANDEGAVORUM . archiepiscopis episcopis abbatibus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus et omnibus ministris ed fidelibus suis totius ANGLIE et WALIE salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et m. i. D. s. donationem terre quam ROGERUS de ALBERTONA eis rationabiliter fecit concessione WILLELMI SCURLAGE de quo tenebat terram illam apud LANGEWI . et donationem terre quam WILLELMUS SCURLAGE junior eis rationabiliter fecit apud LANGEWI . secundum quod carta illius testatur salvo servitio W. comitis GLOECESTRIE et donationem terre quam GAUFRIDUS STURMI et ROGERUS filius suus et heres eis rationabiliter dederunt sicut carte eorum testantur . et rationabilem conventionem factum inter predictos monachos et ROGERUM STURMI de toto residuo terre ipsius ROGERI quam tenet de feodo comitis WILLELMI GLOECESTRIE in MARGAN secundum quod carta illius testatur salvo servicio jam dicti comitis . et donationem quam ODO SORUS eis rationabiliter fecit de domibus que fuerit CANTEREL in balio de BRISTOLLIA cum curtillagio adjacente sicut carta illius testatur. Et donationem quam GILLEBERTUS BURDIN et AGNES uxor sua et filii sui GAUFRIDUS et WILLELMUS eis rationabiliter fecerunt de terra que jacet apud boscum STURMI . quam GAUFRIDUS STURMI dedit GILLEBERTO BURDIN in excambium pro terra quam prius ei dederat cum filia sua quando eam accepit in uxorem. Donationem eciam quam GAUFRIDUS et REINERUS et WILLELMUS filii GILLEBERTI BURDIN eisdem monachis rationabiliter fecerunt de terra que vocatur montanum de LAHOLEMEDE quam pater suus eis prius dederat . videlicet . x. acras cum prato sibi adjacente . Et donationem quam HELIAS de TURRE clericus . A. Regine ANGLIE fecit predictis monachis

rationabiliter de tota terra quam WILLELMUS comes GLOECESTRIE dedit GREGORIO et postea illi apud KENEFECH tam in villa quam extra sicut carta ejus testatur. Et ideo volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Sancte MARIE de MARGAN et monachi ejusdem loci habeant et teneant omnia hec supradicta cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano in pasturis et pascuis in aquis et molendinis in vivariis et piscariis in moris et mariscis in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus bene et in pace et libere et quiete integre et honorifice cum omnibus litertatibus et liberis consuetudinibus suis sicut carte donatorum quas inde habent testantur . Testibus R[ICARDO][1] WINTONIENSI G[ALFRIDO][2] ELYENSI . R. WIGORNIENSI . episcopis . RICARDO de LUCI' . Comite WILLELMO de MANDEVILLE . REGINALDO de CURTENAI . WILL^o. de LANVAL'. THOMA BASSET . RANDULPHO de GLANUILLA SEIHERO de QUINCI . REGINALDO de PAVEILLI . ROBERTO de STATEVILLA . WILLELMO de STATEVILLA . GERARDO de CANUILLI . apud WESTMONASTERIUM.

Seal in red wax. Birch p. 10. Plate I., 56. H. II.

Endorsed—'Comfirmatio H. Regis de omnibus tenementis nostris.'

(1) Tocliffe, 1173—1189. (2) Ridel, 1174—1189.

Will. de Mandeville returned from the Crusade 1179, in which year Ger. de Canuilli first appears as a witness. R. de Lacy died in July, 1179, so that is probably the date of the Charter.

Little is known of the Burdin family. A grant of 10 acres to Neath by Galter Burdun to Newton (Noveville), is confirmed by King John, in 1208, and it here appears that before this confirmation by Henry II. to Margan, Gilbert Burdin had married Agnes, daughter of Geoffry Sturmy, and had subsequently exchanged her land with her father for land which he, his wife, and two sons, gave to Margam; also other land called Laholemede was given to Margam by Geoffry, Reiner or Rener, and William, sons of Gilbert Burdin. Vid: No. LII.

DCXXIV.

GRANT BY GRIFFITH AP IVOR TO MARGAM OF LAND AT LECKWITH.

[PENRICE MSS.] C. 1179.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris GRIFFINUS filius IVOR salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta [confirmasse] Deo et

ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam centum acras terre arabilis terre mee de LECWITHE cum aisiamentis et pertinenciis suis ad electionem suam et duodecim acras prati ad electionem suam et communem pasturam terre mee de LECWITHE et piscaturas de HELEI que ad ipsam terram pertinent . et communem pasturam de SEINHEJ de subtus boscum quantum terra mea durat in longum et in latum. Et si contigerit quod ego vel heredes mei eis predictam terram de LECWITHE warantizare non possimus . tunc do eis in excambiam terre illius in terra mea de SEINHENIT centum acras terre arabilis et XII. acras prati ubi sibi viderint expedire . et piscationes de TAF. Hec omni eis dedi in perpetuam elemosinam pro salute anime mee et patris mei et matris mee et fratrum meorum et antecessorum et successorum meorum ut habeant et teneant ea libere et quiete absque omni seculari servicio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri p[otest] . et hoc sciendum quod quando ego GRIFFINUS dedi eis hanc donacionem . tunc simul cum donatione mea delegavi corpus meum Deo et ecclesiæ Sancte MARIE de MARGAN . et mater mea NESTA corpus suum . ubicunque moriamur sive in ANGLIA sive in WALLIA. Testibus HENRICO episcopo . LANDAVENSI Capitulo . IVOR sacerdote filio WRGANI . WILLELMO de LICHEFELD et THOMA de BRIST[OLLIA] monachis de MARGAN . JORDANO et JUSTINO conversis . GNAITHURO CANTEREL . IVOR PEREDEU nepote meo . BRUGEIR SEIS.

(Vid: DCXVI.)

Griffith ap Ivor was lord of Senghenydd and of the land upon which afterwards were built the castles of Caerphilly and Morlais. He was direct ancestor in the male line of Lewis of Van and Llanishen.

DCXXV.

GRANT BY WILLIAM DE LONDONIIS TO CLEMENT THE DEACON OF THE CHAPEL OF ST. KEHINWEHIR.

[HARL. CH. 75 C. 30.] 1180—1208.

WILLELMUS de LON[DONIIS] omnibus hominibus suis et amicis ANGLICIS et FRANCIS et WALENSIBUS salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse in honore Dei et salute anime patris mei et antecessorum meorum capellam Sancte KEHINWEHIR et III. acras terre septentrionali parte propinquas capelle et reliquas sursum boscum ut XXVI. perficiantur cum omnibus decimis illius feudi mei tam in bosco quam in plano et in aqua huic CLEMENTI diacono. Et hoc coram domino NICHOLAHO LANDAVENSI episcopo in perpetua elemosina. Et ut firma et rata sit hujus donacionis conventio hanc donacionem sigilli inpressione mei confirmo. His testibus WILLELMO decano de GRUNUHD RICARDO presbytero de MARCRAS WILLELMO PIN[CERNA] ROGERO de WINT[ONIA] PHILIPO de MARCROS RADULPHO de CANTELO WALTERO de REHINNI ALEXANDRO de CURDUN' OSB[ERTO] scriba ANFRIDO de LISWIS.

Endorsed—'W de Lond. de Sancte Kenwir.'

There is no received pedigree of the family of de Londoniis or de Londres, Lords of Carnwathlan and Kidwelly in Caermarthenshire and of Ogmore in Glamorgan, where they founded the Priory of St. Michael or Ewenny, and built the Castle of Ogmore upon the right bank of the Ogwr, by service at which the Butlers, and after them the Vaughans, held the castle and manor of Dunraven. William served with his son Maurice de Londres under William Earl Marshall in 1202, and witnessed the foundation charter of the Irish Tintern. In a Bull of Pope Honorius II., 1128, he is denounced as a spoiler of the Church. The family seem to have held Kidwelly by the service of guiding the royal army, when necessary, from Neath to Laugharne. Their heiress in the fifth generation married de Cadurces or Chaworth, whose heiress again married the Earl of Lancaster, with which Duchy Ogmore has descended. The elder line of Chaworth settled at Wyverton, Notts, and is represented by Mr. Chaworth Musters of that place.

Grunuhd is the present rural deanery of Groneth.

Philip de Marcross is mentioned by Giraldus as attending on Henry II. at Cardiff in 1189. He had a son Philip, whose daughter seems to have carried Marcross to William de Halweia, otherwise "Pincerna," from his office under the Earls of Gloucester. Peter Pincerna was Sheriff C. 1250. Their descendants translated their official title into the name of Butler, and their descendants in the female lines of de la Bere, Basset, and Stradling held Marcross, St. Donats, and Combe Hawey near Bath in 1320.

Roger or Robert de Wintonia. The family still remain in the male line as Wilkins about Llanquian or Llancovian, where are the remains of their castle. In Brecknock they have resumed the old form of de Winton.

A fragment of the castle of Cantelupe may also be seen at Cantleston in Merthyr Mawr. Walter de Rehinni or de Reigny had Wrenchester, where was their Castle. They also were of Culm-Reigny in Devon and Newton-Reigny in Cumberland. They are represented by the Trevelyans of Nettlecumbe.

DCXXVI.

GRANT BY ADAM DE SUMERI TO MARGAN OF TWENTY SHILLINGS ANNUITY OUT OF HIS MILL OF MORA.

[Harl. Chart. 75 D. 7.]

Notum sit tam presentibus quam posteris quod ego Adam de Sumeri dedi Deo et monachis Sancte Marie de Margan pro salute anime mee et uxoris mee et natorum meorum patris et matris mee et predecessorum meorum in perpetuam elemosinam annuatim xx. solidos quos de redditu molendini mei de Mora sine omni infestatione accipiant . Quandocunque autem saisiavero eos perpetua donatione ego vel heres meus de redditu alio qui valeat xx. solidos per annum de redditu molendini ulterius nichil accipiant. Testibus Ysáác capellano Ricardo de Hunespulle Gerberto de Penmarc Rodberto de Wnuo Willelmo de Clivedune Rodberto de Sumeri Willelmo de Cardif Willelmo de Regni Rodberto de Cari Rodberto de Chogeam.

A round seal 2⅛-in. diameter, in brown wax. Device, a knight in mail hauberk, helmet, broad sword, and kite-shaped shield, on a horse pacing to the proper left. Legend—'+ SIGILLUM ADAM DE SUMMERI.'

Written in a fine bold hand.

Endorsed—'Carta Ade de Sumeri de xx. solidis.'

DCXXVII.

GRANT BY ADAM DE SUMERI AND SONS, JOHN AND ROGER, TO MARGAN, OF THE RENT OUT OF THE MILL, AS IN THE PRECEDING DEED.

[Harl. Chart. 75 D. 8.]

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Adam concedentibus filiis meis Johanne et Rogero dedi Deo et monachis Sancte Marie de Margan pro salute anime mee et uxoris mee et natorum meorum patris et matris mee et prede-

cessorum meorum in perpetuam elemosinam annuatim . xx. solidos quos de redditu molendini mei de Mora sine omni infestatione accipiant . Quandocunque eos saisiavero ego vel heres meus de redditu alio qui valeat . xx. solidos per annum . de redditu molendini ulterius nichil accipiant. Testibus . Johanne de Sumeri . Rogero de Sumeri . Rodberto de Sumeri . Isaac clerico . Waltero filio Siuuardi . Baldewino filio Willelmi Palmeri . Rodberto filio Gaufridi . Rodberto de Cogeam . Adam filio Rodberti . et aliis multis.

Endorsed—'Ade de Sumeri.'

Seal as in 75, D. 7.

Fine ornamental handwriting.

DCXXVIII.

CONFIRMATION BY ADAM DE SUMERI, JUNIOR, SON OF ROGER DE SUMERI, OF HIS WIFE MILISANT'S GIFTS TO MARGAN ABBEY.

[Harl. Chart: 75 D. 10.] 1185—1191.

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Adam filius Rogeri de Sumeri . salutem.

Notum facimus universitati vestre nos concessise et presenti karta nostra confirmasse consilio et consensu amicorum nostrorum tam conventionem de prato nostro apud Sanctum Nicholaum quam donationem quam Milisant conjunx mea et sponsa fecit monachis et domui de Margan pro nostro communi commodo in pratis et in terris et in omnibus rebus per omnia sicut cyrographa . vel kartæ ipsius quas monachi habent testantur. Et quoniam pro communi utilitate nostra et commodo tam invadiatio prati facta est . quam sollemnis donatio . presenti scripto notum facimus universis . quod gratum habemus et omnino ratum et firmum quicquid predicta conjunx nostra Milisant in hoc fecit negotio cum monachis sepedictis . et scripto suo consignavit. Et ad hoc insuper duos annos addo . ut monachi prata habeant invadiata sibi ultra terminum prius scriptum

inter monachos et uxorem meam . quia totidem annis per meam voluntatem conventionem suam non habuerunt. Testibus . WILLELMO LANDAVENSI . episcopo . HAMONE de VALUNIIS . vicecomite de KARDIF . RODBERTO MORIN'. RICARDO . canonico . WILLELMO de BEDINTUNE . et GODEFRIDO monachis de MARGAN . HEREBERTO clerico . ROGERO STURMI . JORDANO converso . WITTFARE . et ROGERO COLE conversis de MARGAN . GAUFRIDO filio WILLELMI . HEREBERTO filio TURCHILLI . ROGERO CUINTERELL' . RICARDO filio MATILLIDIS . WILKINNO de CANTUARIA . RICARDO filio HEREBERTI . et aliis multis.

Round seal, bright red wax, chipped, 2in. diameter. A knight in hauberk of mail, coif, conical helmet with nose-piece, sword, convex shield with border and radiated ornament and central spike, on a horse galloping to the right.

[+] SIGILL' AD[E D]E SUMER[I].

Endorsed—'Carta Ade de Sumeri junioris de terra apud Sanctum Nicholaum.'

Hamo de Valoniis was Constable of Cardiff 1169, and probably Sheriff 1185. Wm. de Salso Marisco, Bishop 1185—circa 1191. Wm. de Bedinton, Monk of Margam 1196—1218. Roger Sturmi, whose name occurs 1207—1234. Jordan conversus de M., 1196—1205. Witfare frater, 1185—1191. Roger Cole, 1185—1191.

The seat of the Glamorgan family of Somery was the ancient Welsh manor of Dinas Powis, near Cardiff, where they held a castle reputed to have been founded by the Welsh princes of Glamorgan, and of which the ruins remain. They consist of a small rectangular oblong court, enclosed within a plain curtain wall, and at one end of and just outside the enclosure is a heap of ruins, which was probably a keep. The whole is perched upon a small knoll of limestone rock, which rises in the centre of the mouth of a small and peculiarly picturesque gorge descending from the west. The remains may be Norman, but are unquestionably upon Norman lines.

The family appeared early in England, and held a Barony in Cambridgeshire, and soon afterwards obtained that of Dudley with the heiress of Paganel. Whether those of Dinas Powis were cadets, or whether they became the head of the family, is unknown. They are not mentioned by Dugdale or in the exhaustive memoirs given in the 9th vol. of the Staffordshire transactions.

Adam does not occur in the main pedigree, but Roger and John are not infrequent. A coheir of the main line married Sir Walter de Sully, whose castle stood very near Dinas Powis. They held the chapelry, and probably at one time the manor of Cogan. Dinas Powis was contained in the parish of St. Andrew's.

DCXXIX.

NOTIFICATION BY W. DOGGEUEL TO W. BISHOP OF LLANDAFF, OF HIS GRANT TO MARGAN.

[Penrice MSS.] 1185—1191.

Willelmo Dei gratia Landavensi episcopo . et universis Sancte ecclesie fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . Willelmus Doggeuel salutem.

Notum sit universitati vestre me dedisse . Deo et Beate Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus . de libero tenemento meo pro salute anime mee et patris mei . et antecessorum et successorum meorum concessione conjugis mee et filiorum meorum . totum pratum meum quod habui subtus Rahat . in marisco versus australem partem . tam illud quod meum fuit dominicum . quam illud quod mater mea tenet in dotem suam . cum tamen mortua fuerit . ipsa . et in villa de Kard[if] extra portam orientalem . versus septentrionalem partem proximo loco porte masuagium unum cum curtillagio . et crofta una proxima illi. Et in terra mea de Lisbonit acram unam ubi elegere voluerint. Ut habeant hec omnia in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni servitio seculari et exactione. Ita quod si aliquod servitium aliquando inde requisitum fuerit . sive domini Regis . sive aliud . ego vel heredes mei illud faciemus . ut monachi sint in sempiternum ab omni servitio quieti. Et quando monachis prati donationem feci . Abbas de Margan . et monachi mee magni necessitati compatientes . remiserunt michi de debito quod eis debui . x. solidos argenti. Hiis testibus.

Endorsed—'Carte Willelmi Docgeuel de prato subtus Rath et de messuagio in Kardif [1] (nullum servium).'

(1) In a later hand.

"Rahat" and "Lisbonit" are Roath and Lystalibont, east and north of Cardiff.

There is nothing to mark definitely the date of this document, as the see was occupied towards the close of the twelfth century and for many succeeding years by seven bishops, of whom five bore the Christian name of William. William de Saltmash, 1185-91; William, Prior of Goldcliffe, 1219-29; William de Burgh, 1244-53; William de Radnor, 1256-65; and William de Braose, 1266-87.

DCXXX.

BULL OF POPE URBAN III. GRANTING PRIVILEGES TO MARGAM.

[B.M. Harl. Ch. 75 A. 1.] 18 Nov., 1186.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis [. . . . . .] abbati monasterii de Margan . ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus . apostolicum convenit adesse presidium . ne forte cujuslibet temeritatis incursus . aut eos a proposito revocet . aut robur quod absit sacre religionis infringat . Ea propter dilecti in domino filii . vestris justis postulationibus clementer annuimus . et prefatum monasterium de Margan . in quo divino estis obsequio mancipati . sub beati Petri et nostra protectione suscipimus . et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes . ut ordo monasticus qui secundum Deum . et beati Benedicti regulam . atque institutionem Cisterciensium fratrum . in eodem monasterio noscitur institutus . perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones . quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet . aut in futurum concessione pontificum . largitione regum . vel principum . oblatione fidelium . seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus experimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono filiorum Herberti terram de Kilialum. Ex dono Willelmi Scurlaige . et Herberti Scurlaige . et Rogeri de Abbetun . terram Langueui . cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Hugonis de Hereford . terram que est in territorio de Kenefig. Ex dono burgensium de Kenefig . terram que est in territorio ejusdem ville. Ex dono Walteri Lagels . terram que est in territorio Novi Castelli . Burgagium unum in Chairdis. Ex dono Roberti filii Turchilli aliud burgagium. Ex dono Richardi Bulcardi . cum

prato burgagium unum. Ex dono BALDUINI CHITHAREDE in NOVOBURGO. Burgagium aliud in BRISTOWE. Ex dono HUGONIS le FORS. Burgagium aliud in prato ejusdem ville ex dono SYMONIS COCI. Grangiam de abbatia cum pertinentiis suis. Grangiam del . . IRDIN cum pertinentiis suis. Grangiam de Sancto MICHAELE cum pertinentiis suis. Grangiam de MIELES cum omnibus pertinentiis suis. Grangiam de ? [heremit]agio THEODORICI cum pertinentiis suis. Burgagium unum in villa de KENEFEG. Duo burgagia in KAIRDIF . ex dono comitis GLOWECESTRIE. In eadem villa burgagium aliud cum adjacente terra extra villam ex dono ELIE clerici de TURRE. Sane laborum vestrorum . quos propriis manibus vel sumptibus colitis . tam de terris cultis . quam incultis . sive de vineis . seu de nutrimentis vestrorum annualium . nullus a vobis decimas vel primitias extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes . liberos et absolutos ad conversionem recipere . et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero sine communium litterarum cautione . nullus audeat retinere. Quod si quis eos forte retinere presumpserit . liceat vobis in ipsos monachos vel conversos vestros . sententiam regularem ex nostra auctoritate proferre. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes . auctoritate apostolica prohibemus . ne quis infra clausuras monasterii vestri . vel grangiarum . furtum . rapinamve committere . ignem apponere . hominem capere . vel interficere . sue aliquam violentiam temere audeat exercere. Inhibemus etiam ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari . sive aliquo modo alienari . sine assensu totius capituli . aut majoris et sanioris partis. Sique vero donationes . vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint . eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus . ne aliquis monachus vel conversus . sub professione domus vestre astrictus . sine consensu et licentia abbatis . et majoris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeat . vel ab aliquo pecuniam mutuo recipiat .

ultra pretium capituli vestri providentia constitutum . nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere presumpserit . non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere. Licitum preterea vobis sit in causis vestris sive civilem . sive criminalem contineant questionem . fratres vestros idoneos ad testificandum adducere . atque ipsorum testimonio sicut justum fuerit . et popul-sare violentiam et justitiam vendicare. Pro consecrationibus vero altarium . seu ecclesiarum . oleo sancto . ordinationibus monachorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi . vel quibuslibet ecclesiasticis sacramentis . nullus a vobis . aut sub optentu consuetudinis . vel quolibet modo quicquam audeat extorquere . sed hec gratis vobis et sine pravitate aliqua tribuantur. Insuper etiam apostolica auctoritate sancimus . quemadmodum a predecessoribus nostris Romanis pontifi-cibus vestro ordini est indultum . ut nullus episcopus . neque alia quelibet persona ad sinodos vel ad conventus forenses vos ire vel judicio seculari de propria substantia vel possessionibus subjacere compellat. Illud adicientes . ut nullus regularem electionem abbatis vestrie impediat . aut de instituendo . vel depo-nendo . seu removendo eo qui pro tempore fuerit . contra statuta Cisterciensis ordinis . et auctoritate privilegiorum vestrorum se ullatenus intromittat. Quod si episcopus in cujus parrochia domus vestra fundata est . cum humilitate . et devotione qua convenit requisitus . substitutum abbatem benedicere forte rennu-erit . licitum sit eidem abbati si tamen sacerdos fuerit . proprios novitios benedicere . et alia que ad officium suum pertinent exercere . donec idem episcopus duritiam suam recogitet . et abbatem sine pravitate aliqua benedicat. Cumque benedicendus abbas vester ad episcopum venerit . ea professione sit contentus episcopus . que in ordine vestro solet impendi . nec aliam de novo requirat. Auctoritate quoque apostolica interdicimus . ne quis vicinos vel mer-cennarios vestros . pro eo quod vos ad laborandum adjuverint . in illis diebus in quibus laboratis et alii feriantur . vel aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt . seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia de proprio . vel obsequia ex caritate prestiterunt . interdicere . aut


vinculo anathematis audeat innodare. Quod si quis in aliquem de familia vestra donec in famulatu vestro permanserit . propter detentionem decimarum . vel aliud quid a sede apostolica ordini vestro concessum . excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverit . liceat vobis eum metu mortis absolvere . et ecclesiastica sacramenta conferre. Porro si qui episcopi in personas vestras vel monasterium ipsum sententiam aliquam contra libertatem ordini a predecessoribus nostris vel a nobis indultam promulgaverint . eandem sententiam tamquam contra apostolice sedis indulta prolatam . decernimus irritandam . Libertates quoque et omnes immunitates a predecessoribus nostris indultas . et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus . et aliis fidelibus pia vobis devotione concessas . auctoritate apostolica confirmamus . et illibatas statuimus perpetuo permanere . quemadmodum predicti reges et principes . vobis scriptis autenticis confirmarunt. Decernimus ergo . ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare . aut ejus possessiones auferre . vel ablatas retinere . minuere . seu quibuslibet vexationibus fatigare . sed omnia integre conserventur . eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit . secundo tertiove commonita . nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit . potestatis honorisque sui careat dignitate . reamque divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat . et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei . et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat . abque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant . et apud districtum judicem . premia eterne pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus. S.

(and in a circle) Sanctus Petrus Sanctus Paulus

Urbanus Papa III.

ad te domine levavi animam meam.



monogram Bene Valete.

† Ego PETRUS DE BONO Presbiter Cardinalis titulo Sancte SUSANNE. S.

† Ego LABORANS Presbiter Cardinalis Sancte MARIE transtiberim titulo CALIXTI. S.

† Ego PANDULFUS [MASCA PISANUS] . Presbiter Cardinalis titulo . XII. apostolorum. S.

† Ego MELIOR [GALLUS] Presbiter Cardinalis Sanctorum JOHANNIS et PAULI titulo PAMACHII. S.

† Ego ADELARDUS [VERONENSIS] . titulo Sancti MARCELLI Presbiter Cardinalis. S.

† Ego HENRICUS ALBANENSIS episcopus [Cardinalis]. S.

† Ego PAULUS [Scholaris ROMANUS] PRENESTINUS episcopus [Cardinalis]. S.

† Ego JANCTUS [HYACINTHUS BOBO] Diaconus Cardinalis Sancte MARIE in COSMIDYN. S.

† Ego GRATIANUS sanctorum COSME et DAMIAÑI Diaconus Cardinalis. S.

† Ego BOBO Sancti ANGELI Diaconus Cardinalis. S.

† Ego SOFFRIDUS Sancte MARIE in via lata Diaconus Cardinalis. S.

† Ego ROLLANDUS Sancte MARIE in PORTICU Diaconus Cardinalis. S.

Datum VERONAE per manum ALBERTI Sancte ROMANE ecclesie . Presbiteri Cardinalis et Cancellarii . XIIIJ. kal. DECEMBR. Indictione quarta. Incarnationis dominice. Anno M°. C°. LXXXVJ°. Pontificatus vero domini URBANI . Pape III. Anno Primo.

DCXXXI.

IMPAWNMENT BY HUGH DE HEREFORD TO MARGAM FOR NINE MARCAS OF SILVER TO RELEASE HIM FROM THE PRISON OF WILLIAM EARL OF GLOUCESTER.

[PENRICE MSS.] C. MICHAELMAS, 1187.

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego HUGO de HEREFORD' recepi ab abbate et monachis de MARGAN IX. marcas argenti ad meam maximam necessitatem

scilicet ad me redimendum de domino meo WILLELMO comite GLOWCESTRIE qui me tunc temporis cepit et imprisonavit pro sua voluntate. Pro quibus novem marcis argenti invadiavi predictis monachis totam terram meam supra CORNELI . preter illam quam illis in puram et perpetuam elemosinam dedi . sicut carte eorum quas inde de me habent plenissime testantur. Harum novem marcarum tres persolute sunt ad festum Sancti MICHAELIS proximum postquam dominus noster HENRICUS II^us. Rex ANGLIE crucem accepit eundi Jerosolymam.[1.] Ab illo igitur festo in XII^cim. annos tenere deberent predicti monachi supradictam terram pro VI. reliquis marcis que restant persolvende singulis scilicet annis pro dimidia marca . quia valde sterilis est multumque deducta. Et notandum quod prefati monachi servitium pro eadem terra facient quam diu illam tenuerint. His testibus . JACOBO tunc priore de MARGAN ROGERO tunc cellarario JORDANO et GREGORIO conversis ejusdem domus . ROGERO STURMI . THOMA de CORNELI ÆINULFO de KENEFEG . RICARDO de DUNESTORE.

Seal in red wax, 1¾in. diam. Obverse, a sword in pale point downwards.

SIGILL' : HUGONIS : DE : HEREFORD.

Reverse—The counterseal has already been described.

(1) This took place in January, 1187, according to Eyton, *Itin. of K. Hen.*, p. 283.

Hugh de Hereford was an early donor to Margam. He gave the services due from certain lands, which K. John confirmed in 1193, and 100 acres confirmed by the same in 1205, and by Countess Isabel at a later period.

It seems he was imprisoned by Earl William about 1187, for relief from which he pawned his land for nine marcs, of which he had paid three, while for the remaining six the monks held his land.

DCXXXII.

CIROGRAPH AGREEMENT BETWEEN MARGAM AND WILLIAM THE CLERK OF LANGEWI.

[PENRICE MSS.] 7 JULY 1188.

Hec est conventio que facta est inter abbatem de MARGAN et monachis ejusdem loci et WILLELMUM clericum de LANGEWI . scilicet quod predictis

WILLELMUS clericus dimittit totam terram suam et omnes redditus suos tam ecclesiasticos quam laicos in manu abbatis et monachorum omnibus diebus vite sue singulis annis pro xx^ti. solidis. Ita tamen ut si aliquando predictus abbas facere poterit ergo THEOBALDUM WALTERI . quod prefato WILLELMO clerico apud IRLANDIAM dare velit redditus aliquos . que valeant prenominatos xx. solidos abbati et conventui de MARGAN . quieti remanebunt xx. solidi quos annuatim dare solent monachi. Quod si minus valuerint redditus apud IRLANDIAM . monachi WILLELMO quod deest supplebunt. Si autem plus valuerint . prefatus WILLELMUS monachis restituet qui superhabundaverint. Et ut hanc conventionem monachis warantizet . unum runcinum accepit ex dono et IIIJ^or. marcas et dimidiam preaccepit. Scilicet redditus trium annorum . et dimidiam marcam IIIJ^ti. anni. Quod si infra hos tres annos acceperit redditus a THEOBALDO WALTERI . reddet predictus WILLELMUS abbati et conventui de v. marcis que preaccepit quantum superaccepit in HIBERNIA secundum tempus. Sciendum sane quod quia prefactus WILLELMUS sigillum nostrum non habuit . pars cirographi que remanet in manu monachorum . anulo HUGONIS de HEREFORDIA signata est. Altera vero pars . sigillo domni abbatis de MARGAN. Teste JACOBO tunc priore de MARGAN . ROGERO Cellarario . WILLELMO de BEDINTUNE monacho . JORDANO converso . HUGONE de HEREFORDIA WILLELMO GURIL . WILLELMO de Sancto FAGANO . et multis aliis. Hec conventio facta est anno incarnati verbi M^o. C^o. LXXX°. VIIJ^o. circa octabas apostolorum PETRI et PAULI. Data apud MARGAN hisdem testibus.

Seal gone.

Endorsed in various hands—

'Vacat . quia innovata est ista conventio.'

(Hugo Hereford erat A^o. 1188).

'Cyrographum de ecclesia de Lantgewi.'

DCXXXIII.

FURTHER GRANT BY KETHERECH, SON OF JOHN DU, TO MARGAN, OF FIFTEEN ACRES OF THE POICTEVINE LAND.

[PENRICE MSS.]


Sciant omnes tam p. q. f. quod ego KETHERECH filius JOHANNIS DU dedi et concessi et divisi et ultimo testamento delegavi pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum . consilio et consensu conjugis mee et amicorum et parentum Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN xv. acras terre de libero tenemento meo . in terra que vocatur terra PEITEVIN . preter illas v. quas illis ibidem dedi habendas in vita mea et post mortem in perpetuum. Ut habeant has xv. cum v^{que} aliis . hoc est simul xx^{ti} et possideant post obitum meum libere et quiete et pacifice in puram et perpetuam elemosinam ab omni servitio et seculari exactione immunem. Ita ut si aliquod etiam servicium sive domini Regis . sive aliud fuerit inde aliquando requisitum . successores mei et heredes de reliqua terra sua illud facient ut monachi sint ab omnibus rebus in perpetuum quieti. Et sciendum quod iste xv. acre conjuncte erunt et continuate v. aliis que sunt ad australem partem magne vie que vadit de KENEFEC versus KARDIF per villam WALTERI LUPELLI conjuncte et proxime ipsi vie . incipientes . scilicet . contra angulum prati ipsius WALTERI . quod est ex altera parte vie versus aquilonem. Et quia ego sigillum non habui . sigillo Prioris de OWENI hanc presentis donationis mee et divise cartam consignare feci. Teste WILLELMO KILLEMICHAEL' . ENIAWO filio RICHERED . BREUEL KETHERECH filio CARADOCI DU . GRIFINO filio KENEITHUR ab HEREBERT . cognatis meis et nepotibus qui omnes juraverunt super sacras reliquias ecclesie de MARGAN unacum TANGUISTELL' conjuge mea se observaturos et operam et auxiliam secundum posse suum exhibituros divisam meam et donum . sicut hic continetur inviolabiliter et firmiter observari. Testibus CONANO tunc abbate de MARGAN . JACOBO priore . ROGERO cellarario . WILLELMO portario . GODEFRIDO monacho . JORDANO

converso. Rogero converso Hospitali. et Gregorio. Johanne magistro grangie. Aithano clerico. Robino famulo Hospitii. Ithello filio Ruwel.

Seal as before. A fine impression, chipped.

Endorsed—'Carta de Kethereth. de xv. acris.'

The pedigree deduced from these charters is as follows:—



DCXXXIV.

GRANT BY GREGORY, SON OF ROBERT, TO HIS CLERK ELIAS [HELIAS DE TURRE] OF THREE SHILLINGS WORTH OF LAND AT KENFEG, AT THE YEARLY RENT OF ONE POUND OF CUMIN.

[Penrice MSS.]

Gregorius filius Roberti. omnibus hominibus et amicis suis. salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Elie clerico meo in feodo. et hereditate. illas tres solidatas terre. quas Willelmus comes Gloecestrie mihi dedit de terra sua apud Kenefeh. Et volo atque precipio. quod predictus Elias teneat hereditarie. in bene et pace. libere. et quiete. reddendo singulis annis. i. libram cumini pro omni servicio. Testibus. Haewis comitissa Gloecestrie. Roberti Dalmero. Roberto Norreis. vicecomite. Rogero dapifero. Pardo clerico. Henrico Tusardo. Roberto filio Galfridi. Roberto filio meo.

Endorsed—'Ia. carta Gregorii.'

Elias de Turre is enumerated among the donors to Margam in the Bull of Pope Urban in 1186.

DCXXXV.

GRANT BY GILLEBERT BURDIN, AND AGNES HIS WIFE, DAUGHTER OF GAUFRID STURMI, TO MARGAM, OF LAND NEAR THE BOSC OF STURMI.

[HARL. CHARTER, 75 B. 26.]

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego GILLEBERTUS BURDIN et AGNES uxor mea . et filii mei scilicet GAUFRIDUS et WILLELMUS concedimus et donamus abbati et monachis Sancte MARIE de MARGAN . terram que jacet juxta boscum STURMI ad aquilonem . quam dedit mihi GAUFRIDUS STURMI in excambium pro terra quam prius mihi dederat cum filia sua quando eam accepi uxorem. Hanc totam terram cum prato quod ei adjacet . concedimus perpetua donatione predicti loci monachis in perpetuam elemosinam pro anima GAUFRIDI STURMI . et pro animabus omnium parentum nostrorum liberam et quietam ab omni exactione et servitio seculari . concedente ROGERO STURMI de quo predictam terram tenui. Et pro hac donatione . abbas de MARGAN dedit mihi . xx. solidos . et uxori mee unum bisantum et duas summas de fabis . et utrique filiorum meorum rubeos calceos. Testibus fratre VINCENTIO . WILLELMO capellano de KENEFEG . WALTERO LUUEL . ROBERTO CORUEISIER . GAUFRIDO filio ejus . EINULFO mercatore . ADAM filio ROBERTI pistoris . HUGONE fratre GAUFRIDI POLLARD . EDRICO FULLONE . SPILEMANNO de KARMERDIN . JOHANNE filio OSBERTI de KARDIF.

Endorsed—'Carta . G. Burdini et Agnetis uxoris sue. De terra sua quam nobis dedit juxta Boscum Sturmi.'

Fine bright red massy seal, pointed oval; a Welshman holding a flower. [+] SIGILLUM . GILLE[B]ERTI . BURDINI. Points chipped. About 2¼in. by 1½in. Cf. the drawing of a 'Penteylu,' or 'prefectus familiæ,' in the Commn. edition of *Leges Walliæ*, pp. 774, 778, and Vol. II., p. 755.

(Vid: DCXXIII.)

DCXXXVI.

GRANT BY WILLIAM, SON OF GREGORY [DE TURRI], TO MARGAM, OF ONE POUND OF CUMIN YEARLY PAID BY HELYAS DE TURRI, CLERK OF THE QUEEN, FOR LAND AT CHENEFECH.

[PENRICE MSS.]

Notum sit omnibus quod ego WILLELMUS filius GREGORII dedi et concessi ecclesie beate MARIE de MARGAN et fratribus monachis ibidem Deo servientibus pro anima patris mei et pro salute anime mee unam libram cumini quam HELYAS de TURRI clericus domine ALIENOR Regine ANGLIE reddebat annuatim domino patri meo et mihi pro servitio terre quam tenebat de nobis in villa de CHENEFECH. Quare volo quod predictus HELYAS et nepotes sui videlicet heredes ejus quieti sint et liberi de me et meis heredibus de omni servitio predicte terre reddendo annuatim predicte ecclesie prenominatam libram cumini. Testibus. RICARDO de CARD' senescallo . HAMONE de VALONIIS . SYMONE de CARD' . REGINALDO filio SYMONIS . ROBERTO dapifero et DRUGONE fratribus meis . WILLELMO TRIHAN . GILEBERTO CAPELLANO . MAGISTRO HEREUEO . JORDANO Clerico . SAFREO coco.

Endorsed—'Carta W. filii Gregorii,' and in a later hand, 'De terra in Kenfike.'

Round seal, dark green wax; equestrian type; hauberk of mail, helmet with nasal.

+ SIGILLUM WILL . . . . . I GREGORII.

DCXXXVII.

GRANT BY HELIAS DE TURRE, CLERK OF THE QUEEN, TO MARGAM ABBEY, OF LAND AT KENEFEH.

[PENRICE MSS.]

HELIAS de TURRE clericus domine Regine ANGLIE omnibus Sancte ecclesie filiis . salutem.

Sciatis me dedisse et in perpetuam elemosinam concessisse ecclesie Beate Marie de Margan et conventui ibidem Deo servienti pro anima domini mei Gregorii . et pro salute anime mee . totam terram illam quam Willelmus comes Gloecestrie dedit domino Gregorio . et mihi . apud Kenefeh . tam in villa . quam extra villam . prout carte predicti comitis quas inde habent . testantur. Testibus. Eglino vicecomite . Waltero Luvel . Gilleberto Grammus . Ely de Kenefeh . Alexandro . Einulfo . Radulpho scriptore . Hugone de Hereford . Roberto Corveiser . Ricardo filio Auberti . Elya fabro.

Endorsed—‘ Carte Elye clerici.’

Pointed oval seal, light brown wax, 1¼in. by 1in.; a triple-towered castle.

Legend—‘. . . g . . . . urr . . .’

DCXXXVIII.

ASSIGNMENT BY CONAN, ABBOT OF MARGAN, TO GREGORY AND JOHN, NEPHEWS OF HELIAS DE TURRI, OF THE LAND GIVEN TO MARGAN BY HELIAS, AT A YEARLY RENT OF ONE POUND OF PEPPER.

[Penrice MSS.]

Conanus Dei gratia Abbas de Margan. Omnibus Sancte ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris . ad quos presens scriptum pervenerit . salutem in domino.

Noverit vestra universitas quod nos totam terram quam Willelmus comes Gloecestrie Gregorio de Turri . et Helie clerico ipsius apud Kenefeg tam intra villam quam extra villam hereditabiliter habendam dederat . quam et predictus Helias proprie voluntatis et devotionis instinctu . assensu domini comitis et Willelmi filii Gregorii de ecclesia nostra sub annuo redditu tenendam perpetuo constituit . peticione ejusdem Helie . Gregorio et Johanni nepotibus ipsius hereditabiliter de domo nostra tenendam . unanimi assensu

concessimus . reddendo inde annuatim ecclesie nostre pro omni servitio unam libram piperis ad festum Sancti MICHAELIS, salva matri predicti HELIE sua parte . quam de eadam terra tenet quamdiu vixerit . et salvo similiter patri et matri JOHANNIS tenemento ipsorum tota vita sua. Post decessum vero matris HELIE predicta terra inter GREGORIUM et JOHANNEM equaliter dividatur . ita quod GREGORIUS masagium in quo mater HELIE mansit . cum sua habeat portione . et JOHANNES post obitum patris et matris sue suam prout ei evenerit recipiat portionem. Et ut hec nostra concessio ipsis et heredibus eorum firma permaneat . presenti scripto et ecclessie nostre sigillo eam communi assensu confirmavimus. His testibus. Domino JACOBO tunc priore de MARGAN . JOHANNE priore de EWENI . ROGERO cellerario de MARGAN . fratre JORDANO et fratre ROGERO conversis . DANIELE sacerdote de KENEFEG . MAURICIO clerico filio WILLELMI decani . STEPHANO scriptore . WALTERO LUVELLO . GILLEBERTO GRAMUS . THOMAS de CORNELI . RICARDO filio ALBERTI.

Endorsed in late handwritings—

'Carta de una libra piperis in Kenefeg.'

'+ Conan Abbas de Margan.'

Pointed oval seal, green wax, 1¼in. by 1in.; an abbot, half-length, with book and crosier.

. . . . . LLUM . ABB . . IS . DE MARG . . .

DCXXXIX.

WILLIAM MARSHALL EARL OF PEMBROKE'S PROTECTION AND FREEDOM FROM TOLLS FOR MARGAM.

[PENRICE MSS.] 1189—1231.

WILL's MARSC' comes PENBROCHIE omnibus ballivis suis et omnibus hominibus suis WALLIE IBERNIE et ANGLIE salutem.

Sciatis me pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum suscepisse in proteccione mea abbaciam de MARGAN et monachos et conversos

Deo ibidem servientes et homines eorum atque omnes possessiones eorum. Quare vobis precipio quatenus dictam abbaciam et omnia que ad ipsam pertinent manuteneatis et defendatis sicut dominica mea nec eis injuriam vel gravamen faciatis nec ab aliquo fieri permittatis. Et siquis eis injuriam vel gravamen fecerit sine dilatione eis plenariam justiciam faceatis. Concessi etiam eis quod sint quieti de teloniis per omnes burgos meos tam in WALLIA quam IBERNIA de omnibus rebus quas emunt vel vendunt ad ipsos proprios usus suos . similiter et quieti sint de pontagio et passagio.

Seal, a fragment, in dark green wax. Device, a man on horseback, riding to the proper left.

Endorsed—'Carta W. Marsc' de quietancia thelonio passagio.'

DCXL.

GRANT BY WALTER, SON OF ULF, TO MARGAN OF LAND NEAR ST. MICHAEL'S GRANGE.

[PENRICE MSS.] C. 1190.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. WALTERUS filius ULFI salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie S. M. de MARGAN et monachis ibidem D. s. in elemosinam puram et perpetuam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari XII. acras terre proximas grangie Sancte MICHAELIS ad occidentalem partem. Et hanc donationem feci predictis monachis in plenario hundredo de KENEFEG presentibus filiis meis WILLELMO et ALEXANDRO et illud concedentibus. Hiis testibus . EYNOLF de KENEFEG . HELI ARTHAN . PHILIPPO BARFOT . ALEXANDRO . WALTERO LUUEL.

Seal, red wax, a pointed oval, $\frac{7}{8}$in. by $\frac{3}{4}$in. Device, a rudely executed lily.

Legend—' + SIGILL' WALT.' ULHF.'

Endorsed—'Walteri filii Ulfi de XII. acris.'

DCXLI.

EXEMPLIFICATION BY WILLIAM DE SALTMARSH, BISHOP OF LLANDAFF, OF AN AGREEMENT BETWEEN MARGAN AND RICHERED AB CHENAF AND OTHERS CONCERNING THEIR CLAIM IN BRADETUNE.

[B. M. Harl. Ch. 75 A. 17.] 1190.

. Ego Willelmus Dei gratia Landavensis episcopus veritati ut equum est testimonium perhibens presentis scripti insinuatione demonstro universis qui illud inspexerint . hanc conventionem factam esse in Landavensi ecclesia in nostra presentia . et archidiaconi nostri . et clericorum et canonicorum . inter abbatem monachosque de Margan et Richeredum filium Chenaf . et Ruwatlanum Brehenelegan . et Wasmihaggel filium Cradoci Abithegwin . et Itellum fratrem ejus . et Retherech fratrem ejus similiter . et Ragevarh filium Grifini . et Cradocum filium Bletheri. Quod ipsi . scilicet abjuraverunt in ecclesia Landavensi . super altare Sancti Theliawi et reliquias ejusdem ecclesie . et remiserunt prefato abbati et monachis de Margan per vi. annos omnem calumpniam quam habebant super terra de Bradetune . tam pro se quam pro omni parentela sua et omnibus Walensibus presentibus et futuris . et quod prefatam terram eis contra omnes Walenses per vi. annos warentizabunt. Quorum annorum primus incepit á festivitate Sancti Michaelis . anni secundi coronationis Domini Ricardi Regis Anglie.[1] Pro qua re abbas de Margan eis tres marcas dedit argenti inter se dividendas . et ipsi in manu nostra et archidiaconi nostri suam oppignoraverunt christianitatem quod hanc conventionem firmiter et sine dolo servabunt . Et super hoc plegios dederunt . Grunu Wirth . Et Keneithur Canterel . Gurganum de Penduuelim et Tuthenert . Plegius est Retherech . filii Cradoci . Testibus . Urbano archidiacono Landavensi . Ricardo capellano domini episcopi . Willelmo de Deitune . Willelmo de Portesc' . Rogero de Novo burgo . Habraham Gobio . Nicholao Gobio . Radulfo persona . Habraham Bleinwit . et toto capitulo de Landaf.

Pointed oval seal, light brown wax, varnished; about 3in. by 1¾in. Obverse: The Bishop, usual style. Reverse: a small oval counterseal, 1¼in. by 1in. A fine impression of an ancient gem, cracked across. An imperial bust, bearded, profile to the right, couped at the neck.

Endorsed—'Carta Walensium sub sigillo Landavensis Episcopi . et Ecclesie . de compositione terre de Bradetune.'

(1) Richard I., crowned 3rd September, 1189.

DCXLII.

NOTIFICATION TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, BY MATILDIS DE SOOR OF HER GRANT OF LAND, FORMERLY HER DOWER, TO MARGAN.

[HARL. CH. 75 D. 25.] C. 1190.

WILLELMO Dei gratia LANDAVENSI episcopo et omnibus fidelibus matris ecclesie ad quos presens scriptum pervenerit MATILDIS de SOOR salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et presenti hac carta mea confirmasse Deo et beate MARIE et monachis de MARGAN Deo ibidem servientibus quatuor acras terre dotis mee in puram et perpetuam elemosinam concessione domine mee et neptis MILISANT . pro salute anime mee . et mariti et filii WILLELMI . et antecessorum meorum et successorum. Habendas et tenendas liberas et quietas ab omni servitio et seculari exactione. Que videlicet acre jacent in pendulo montis de KARUESDUNE . circa declivi medium . tres quidem ex illis a cilio montis incipientes et usque in rivum descendentes qui vadit inter PULTIMOR et nostram terram . et quarta est conjuncta tribus prioribus ad occidentem . que videlicet terra fuit GODWINI FRANCI et RODBERTI filii ejus. Et quia ego sigillum non habui . ad testimonium concessionis predicte neptis mee MILISANT ejus sigillo hoc donationis mee karta . et nostra et ipsius voluntate consignata est. Testibus . GODEFRIDO monacho de MARGAN . WILLELMO de BEDINTUNE . Fratre JORDANO et fratre WITTFARE conversis de MARGAN . RICARDO . sacerdote de

BONEVILL . AUGUSTINO capellano Sancti JOHANNIS de KAERDIF . HEREBERTO filio TURKILLI . ROBINO filio WALTERI SIWARD . OSBERNO cellarario de NETH . WALTERO filio RICARDI . sacerdotis.

Endorsed—'Carta Matildis la Sore et Domine sue Milisant . de . IIIJ^or. acris terre quas nobis dedit in valle et pendulo Caruenesdune.'

(Vid: DCIV.)

DCXLIII.

COMPOSITION BETWEEN THE HOUSE OF MARGAN AND RIUANUS PRESBYTER, CONCERNING THE CHURCH OF LANGEWI.

[PENRICE MSS.]

COMPOSITIO INTER DOMUM DE MARGAN . ET RIUANUM PRESBITERUM DE ECCLESIA DE LANGEWI.

[Notum sit univer]sis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . . . . EUESH' . et P. archidiaconus WIGORNENSIS . eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra . . . . . . inter RIUANUM presbyterum et monachos de MARGAN . super ecclesia de LANDGEWI . . . . W. pie memorie WIGORNENSI episcopo et nostre mediocritati a summo Pontifice commissam. Sancte . . . . et terminandam . prefato episcopo viam universe carnis ingresso . tandem die partibus prefixo . . . . . . a nobis auctoritate apostolici mandati sub ea forma delegati . videlicet si omnes interesse non possent . . . . . mandatum exequerentur . causa ipsa nobis sedentibus pro tribunali . assidentibus quoque nobis viris dis . . . . peritis partibus presentibus . hunc finem suscepit. Supradictus R. presbyter . inspectis sacrosanctis evangeliis . . . . . . de LANGEWI . cujus se personam asserebat in perpetuum abjuravit. Juramento quoque corporaliter . . . . se jam dictos monachos aut quemque alium . neque per se neque per alium super prefata ecclesia fore . . . . . THOMAS dictus filius ejus consimile circa ejus personam conservandum prestitit juramentum. Predicti

vero . . . . . . [b]ono pacis et pro laboribus jam dicti . R. et expensis . ipsi . R. IJ. marcas argenti dederunt. Hiis testibus.

Entitled—'Compositio inter domum de Margan et Riuanum presbiterum de ecclesia de Langewi.'

DCXLIV.

GRANT BY HUGO DE HEREFORD TO MARGAN, OF LAND AT KENFIG, ON SPECIAL CONDITIONS.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes quod hec conventio que facta est inter abbatem de MARGAN et HUGONEM de HEREFORDIA . scilicet quod idem HUGO predicto abbati et domui de MARGAN totam terram suam que est in territorio de KENEFEG donat et concedit in puram et perpetuam elemosinam prout karta prefati HUGONIS testatur quam monachi inde habent. Abbas vero non minus necessitatem quam devotionem sui donatoris attendens ei karitative . X. marcas argenti pepigit . plane tunc reddendas . quando erga legitimos heredes antedicto HUGONE auxiliante tantum fecerint . ut idem prefati monachi sepedictam terram libere et pacifice possideant. Notandum sane quod karitatem sibi exhibitam perpendens sepenominatus HUGO si priusquam supradictam terram prefati monachi quiete et secure possideant obierit . medietatem pecunie . id est . V. marcas ecclesie de MARGAN in elemosinam dimittit reliquas . V. quicunque litteras illas attulerit sigillatas quas abbas HUGONI ad intersignia tradidit accipiet. Sine quibus prorsus nichil idem abbas dabit. Set nec sic quidem vivo vel mortuo aliquid proinde dabit . nisi cum firma fuerit possessio secundum quod supradictum est. Testibus J. tunc priore de MARGAN . R. Cellerario . WILLELMO de BEDINT' . monacho . JORDANO et ROGERO conversis . et WILLELMO DOGGAVEL.

Seal dark wax, 1in. diam. The same seal used as a counterseal in the other charters of this grantor.

The word CYROGRAPHIUM is cut in half along the upper edge of the deed, but the edge is not indented.

DCXLV.

SETTLEMENT OF THE CAUSE BETWEEN RIUAN THE PRIEST, CALLING HIMSELF PARSON OF LANTGEWI, AND MARGAM.

[Penrice MSS.] 1191—1196.

Universis Sancte Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit R.[1] Dei gratia dictus Abbas Heveshamie . et . P.[2] Archidaconus Wigorniensis . eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra quod cum causam que vertebatur inter Rivanum . presbiterum et monachos de Margan super ecclesia de Lantgewi venerabili patri nostro . W. pie memorie Wigorniensi episcopo . et nostre mediocritati a summo pontifice commissam . suscepissemus ventilandam et terminandam . prefato episcopo viam universe carnis ingresso[3] . tandem die partibus prefixo apud Dumbeltunam . á nobis auctoritate apostolici mandati sub ea forma delegati . videlicet si omnes interesse non possent duo nichilominus mandatum exequerentur . causa ipsa nobis sedentibus pro tribunali . assidentibus quoque nobis viris discretis et juris peritis . partibus presentibus . hunc finem suscepit. Supradictus . R. presbiter inspectis sacrosanctis evangeliis prescriptam ecclesiam de Lantgewi cujus se personam asserebat in perpetuum abjuravit. Juramento quoque corporaliter prestito promisit se jam dictos monachos aut quemquam alium . neque per se neque per alium super prefata ecclesia fore de cetero vexaturum. Thomas etiam dictus filius ejus consimile circa ejus personam conservandum prestitit juramentum. Predicti vero monachi pro bono pacis et pro laboribus jam dicti . R. et expensis . ipsius R. duas marcas argenti dederunt. His testibus . W. Priore de Lithun. Johanne Precentore de Hevesham. W. de Bedint' . et Godefrido . monachis de Margan. Magistro Radulpho decano Heveshamie. Gregorio de Quentone decano. Osmundo de Campedena. Nicholao precentore Landavensis ecclesie. Rogero de Lanthilt'. Helia fratre suo. Magistro Mauritio. Gillebberto de Novo Castello . et multis aliis.

Seals wanting.

Endorsed—'Compositio inter domum de Margan . et Riuanum presbiterum de ecclesia de Langewi.'

(1) Roger, 1191—1218. (2) Peter, 1189—1196. (3) William de Northall, *ob.* 3rd May, 1190.

DCXLVI.

GRANT BY HUGO DE HEREFORD TO MARGAN OF 30 ACRES IN CORNELI.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego HUGO de HEREFORD' dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Deo et Sancte M. et monachis de MARGAN i. D. s. xxx. acras de terra mea super CORNELI in occidentali parte ejusdem terre in perpetuam et puram elemosinam liberas et quietas ab omni servitio et seculari exactione . per hos terminos á veteri scilicet cimiterio quod est in eadem terra . usque in fines terre WALTERI LUPELLI . et inde usque ad terram JOAF filii HEREBERTI . abinde vero usque ad magnam viam que venit á capella de CORNELI que est predicti WALTERI LUPELLI sicut eadem via descendit deorsum ad aquam. Et morosam terram que subjacet eidem terre in illa duntaxat parte scilicet super aquam pariter illis dedi . hanc donationem feci predictis monachis . et per presentem cartam illis astantibus obtuli super altare . pro anima domini mei WILLELMI comitis GLOUCESTRIE qui predictam terram mihi pro servitio meo dedit necnon et pro anima mea et pro anima uxoris mee et animabus heredum predicti comitis domini mei et antecessorum meorum. His testibus ROGERO scilicet tunc cellarario de MARGAN WILLELMO de BEDINTON monacho . JORDANO converso . REGINALDO filio SYMONIS . et RICARDO clerico suo . THOMA de CORNELI . ROGERO STURMI . HEREBERTO . TURKILLI . RICARDO de DUNSTORE.

Seal in red wax. Obverse, a sword in pale, point downwards. Legend—'. . . . . . UGONIS : DE : HEREFORD . . . .' Reverse, impression of an antique oval intaglio gem, a bust, to the right '+ SIGILLUM . HUGONIS . DE . HEREFORD.'

Endorsed—'De donatione xxx. acrarum. Carta Hug' de Hereford.'

DCXLVII.

GRANT BY HUGH DE HEREFORD TO MARGAM OF LAND GIVEN HIM BY WM. EARL OF GLOUCESTER.

[Penrice MSS.]

Dominis suis et amicis omnibusque Sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Hugo de Hereford salutem.

Notum sit vobis me dedisse et hac mea carta confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie de Margan monachisque ibidem Deo servientibus totam terram meam que est in territorio de Kenefec in perpetuam et puram elemosinam . tam liberam et quietam ab omni servicio. et seculare exactione . quam ego illam unquam habui et tenui a domino meo Willelmo comite Gloucestrie . qui eandem mihi pro servitio meo dedit. salvo scilicet dumtaxat servicio seingnoragiorum meorum quod predicti monachi facere debebunt . qui et illam in presentiarum optinent. Secundum quod carta domini mei Willelmi prefati comitis testatur . quam inde mihi dedit. et ego illis. Hanc igitur donationem supradictis monachis feci pro anima ejusdem domini mei Willelmi comitis et animabus antecessorum meorum et illius . atque successorum ejus . necnon et pro anima mea et pro animabus omnium familiarum et benefactorum meorum. His testibus . Jacobo tunc priore de Margan . Rogero tunc cellarario . W. de Bedint'. Godefrido monachis . Jordano et Rogero conversis ejusdem domus . Philippo de Marecros . Rogero Sturmi . Ricardo de Dunestore . Ainulfo de Kenefeg.

Seal in red wax, 1⅞in. diam. Device, a straight sword palewise, point downwards. Legend—'SIGILL : HUGONIS : DE : HEREFORD.'

Endorsed—'Carta Hug'. de Heref'. De tota terra sua quam nobis concessit.'

DCXLVIII.

CONFIRMATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM OF THE LAND AND CHURCH OF LANGEWI.

[PENRICE MSS.] 1193—1218.

HENRICUS Dei gratia LANDAVENSIS . episcopus archidiaconis decanis . personis . vicariis . omnibus tam clericis quam laicis in sua diocesi constitutis salutem et benedictionem.

Sciatis quod nos divine pietatis intuitu prospicientes in futurum paci et quieti monachorum de MARGAN . confirmavimus ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et m. i. D. s. totam terram de LANGEWI cum omnibus pertinentiis suis sicut carte donatorum testantur . necnon et ecclesiam de LANGEWI c. o. p. suis liberam et quietam ab omni consuetudine et exactione salvo jure episcopali. Hec omnia predictis monachis sigilli nostri appositione et testium inscriptione confirmamus . auctoritate qua fungimur sub anathematis attestatione inhibentes . ne quis predictis monachis contra cartas donatorum seu priveligiorum suorum tenorem . vexationem . molestiam . aut gravamen inferre presumant. Teste NICHOLAO tesaurario LANDAVENSIS ecclesie . HELIA decano de Novo CASTELLO . RICARDO decano de BONEVILEST' . magistro ROGERO de CULNE . ROBERTO de BERGEVENI.

Seal, in dark green wax, a pointed oval, 2¾in. by 1¾in. The Bishop, full length, standing on a short column, in vestments, right hand lifted in benediction, in the left a pastoral staff. Legend—'+ SIGILL' HENRICI DEI GRACIA LANDAVENSIS EPISCOPI.' A very perfect impression.

Counterseal, a pointed oval, 1⅜in. by ⅞in. An angel. Legend—'+ SECRET' HENR' LANDAV' EPISCOP'.

Endorsed—'Confirmatio H. episcopi de terra et de Ecclesia de Langewi.'

DCXLIX.

NOTIFICATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, OF SETTLEMENT OF THE CAUSE BETWEEN MARGAN AND JOHN KAIRUS AND HIS SON MILO.

[HARL. CH. 75 A. 23.] 1193—1218.

H. Dei gratia LANDAVENSIS ecclesie minister humilis . universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem et benedictionem.

Universitati vestre significamus . quod cum quedam contentio inter dilectos filios nostros monachos de MARGAN . et JOHANNEM KAIRUS et heredes illius super quadam pastura verteretur . tandem predictus JOHANNEM . et MILO filius ejus prenominatos monachos nolentes injuste molestari . memoratam pasturam monachis de MARGAN in perpetuum libere et quiete reddiderunt. Et predictus MILO coram nobis tactis sacrosanctis juramento firmavit . se predictis monachis de MARGAN et omnibus rebus suis semper fore fidelem et obedientem . et predictam pasturam contra omnes pro posse suo warentizaturum. Hiis testibus . URBANO decano de LANDAF . NICHOLAO capellano . Magistro MAURICIO . RADULFO de WINCESTRIA clerico . W. de Sancto DONATO . ROBERTO de BERCHELE . et multis aliis.

Seal brown wax, of the Bishop, as in Harl. Ch. 75 A. 18, 21.

Endorsed—'Testimonium controversie inter nos et Johannem et Milonem filium ejus.'

DCL.

CONFIRMATION BY H., BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAN OF THE TITHES OF KENFEG, ETC.

[PENRICE MSS.] 1196—1218.

. Universis Sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit. H. D. g. LANDAVENSIS episcopus salutem . gratiam Dei et benediccionem.

Justis petentium desideriis animo nos decet benigno condescendere . et ea effectu . debito complere. Inde est quod nos paci et utilitati tam domus THEOKESBIRIE quam domus de MARGAN . in posterum providentes . concessimus domui de MARGAN . omnes proprias decimas suas in parrochia de KENEFEG . necnon et omnes garbarum decimas que pertinent ad ecclesiam de KENEFEG . et ad omnes capellas ejusdem ecclesie . in perpetuum possidendas. Concessimus insuper prefate domui de MARGAN omnes terras ad dictam ecclesiam et ad predictas capellas pertinentes imperpetuum possidendas. Reddendo inde annuatim domui de THEOKESBIRIA . decem marcas . in capitulo de THEOKESBIRIA. Et domus de THEOKESBIRIA retinuit in manu sua curam de spiritualibus . altaragium . et jus presentandi vicarium in eandem ecclesiam . et omnia ad dictam ecclesiam pertinentia preter prefatas terras et decimas. Domus etiam de THEOKESBIRIA . per se vel per vicarium suum nobis et successoribus nostris pro sinodalibus et ceteris universis ad jus episcopale pertinentibus respondebit . et ne hec nostra perpetua confirmatio malignantium improbitate possit infringi vel decursu magni temporis indubium devocari . eam presenti scripto munimus . et sigilli nostri appositione roboramus. Hiis testibus WRGAN' archidiacono LANDAVENSI . Magistro MAURICIO filio ejus . Magistro WALTERO Caphellano domni episcopi . Magistro RADULPHO MAILOK.

Two seals—both gone.

Endorsed—'Confirmatio Episcopi de terra et decimis ecclesie de Kenefeg.'

DCLI.

LETTER FROM RALPH DE SUMERI TO HENRY BISHOP OF LLANDAFF CONCERNING A RENT GRANTED TO MARGAM.

[HARL. CH. 75 D. 9.] 1196—1218.

Reverendo patri suo H. Dei gratia LANDAVENSI episcopo et universis Sancte ecclesie filiis qui presentem kartam inspexerint RADULPHUS de SUMERI salutem.

Notum facimus universitati vestre nos confirmasse presenti karta nostra Deo et Beate MARIE et monachis abbatie de MARGAN pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum in perpetuam elemosinam illos xx$^{ti.}$ solidos quos antecess[ores] mei bone memorie A: de SUMERI avus [me]us et filii ejusdem quorum heres ego sum eisdem monachis et prefate abbatie contulerunt et [a]ssignaverunt annuatim [recipi]endos de molendino meo in marisco per quatuor terminos. Ego autem vol . . . . tati prospicere assigno et presenti karta mea concedo et confirmo ut in die Sancti MICHAELIS eosdem xx$^{ti.}$ solidos recipiant in perpetuam elemosinam annuatim de redditibus meis a ballivis meis apud castellum meum de DINASPOWIS et insuper de augmento proprio scilicet in perpetuam elemosinam IIII$^{or.}$ solidos recipiant ibidem [d]e redd[itu] meo [in] die Sancti JOHANNIS Baptiste et hoc habeant et recipiant in perpet[uum de] me et [h]eredibus [m]eis donec eis excambium provideamus et assignemus ad va[lentiam . . . . .] ad minus XXIIII$^{or.}$ solidorum in terra. Si tamen in tali excambio suam viderint u . . . . . . hoc sibi . . . . . . is indicaverint profutu . . . . Testibus ROGERO abbate de MARGAN . . . . . . WILLELMO de BEDINTUNE . . . . . RID' et HENRICO monachis de MARGAN JORDANO . . . . . . ROGERO hospitali et GREGORIO convers . . . . WILLELMO PAINEL . MAURITIO de CANTELO . . . . . . o de RENNI . magistro ALANO . HELIA decano . RICARDO sacerdote de BONEVILESTUN DANIELE de COITIF.

Henry, prior of Abergavenny, became Bishop of Llandaff 1196. ✠ 1218.

DCLII.

GRANT BY THADEIRCH, DAUGHTER OF KETHERIC DU, TO MARGAM, OF LAND IN THE FEE OF PEITEUIN.

[PENRICE MSS.] C. 1197.

Universis Sancte Ecclesie filiis presentibus et futuris ad quos presens scriptum pervenerit THADERECH filia KETHERICI DU . salutem.

Noverit universitas vestra me consilio et consensu GOLOUDETH sororis mee et heredum et parentum meorum concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et Ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam terram meam quam habui in feudo PEITEUIN cum omnibus libertatibus et consuetudinibus suis in puram et perpetuam elemosinam habendam et tenendam de me et heredibus meis imperpetuum. Hec omnia illis concessi ut habeant et teneant libere et quiete . reddentes mihi annuatim omnibus diebus vite mee ad festum Sancti MICHAELIS dimidiam marcam argenti pro omni servicio. Et post decessum meum heredibus meis ad predictum terminum tantummodo IIIJ$^{or.}$ solidos . quia illos duos solidos et VIIJ$^{to.}$ denarios qui supersunt de dimidia marca dedi Monachis in obitu meo in perpetuam elemosinam pro anima mea et pro animabus patris et matris parentum et antecessorum meorum. Et hoc sciendum quod quando hanc conventionem fecimus recepi pre manibus a prefatis monachis totum redditum sex annorum . scilicet tres . marcas . argenti . ad purificationem Beate MARIE proximam post captionem GRIFFINI filii RESI . His testibus . domino H. LANDAVENSI episcopo . et domino WILLELMO de BRAUSA . HENRICO de PENEBR' . URBANO archidiacono . JACOBO priore de MARGAN . WILLELMO de LICHES' . WILLELMO de BEDINT' . monachis de MARGAN . et multis aliis.

Endorsed—' Carta Thaderche filie Ketherici du.'

DCLIII.

GRANT BY KENWREIC, SON OF HERBERT, OF LAND IN KILLECULIM TO MARGAN.

[PENRICE MSS.] C. 1198.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris KENEWREIC filius HERBERTI salutem.

Sciatis me consilio et consensu heredum et amicorum meorum concessisse et dedisse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servi-

entibus totam meam partem terre de KILLECULIM . scilicet quartam partem terre illius . in puram et perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et sciendum quod ego et heredes mei super sanctuaria prefate ecclesie juravimus . quod si aliquod servicium vel redditus ad coquinam vel ad aliud aliquid requiratur de predicta terra . nos illud omnino adquietabimus . ut predicta donacio libera penitus et quieta prenominatis monachis remaneat. Set et omnes terras que sunt infra terminos predictorum monachorum scilicet inter AUENE et KENEFEG abjuravimus imperpetuum. His testibus. ERNALDO constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico . RICARDO de DUNESTER . OSMERO CUUIAN . ALAITHU filio ITHENARD . RESO COH . ITHEL et RETHERECH filiis RUIL.

Endorsed—'Carta Kenwreic filii Herberti de parte Killeculim.'

The land seems to have been held by service 'ad coquinam.' This is a peculiar instance of tenure attached to an office of the Earl's household. The establishment of the Lords of Glamorgan was after the royal pattern.

DCLIV.

GRANT BY KNEYTHUR BLETHIN AND WILLIAM AND KENEWREC, SONS OF HEREBERT, OF LAND IN KILLECULLUM TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

. . . . . KNEYTHUR . et fratres mei . BLETHIN . et WILLELMUS . et KENEWREC filii HEREBERTI . concedimus abbatie de MARGAN in . . . . . . totam terram nostram quam tenemus de comite de KILLECULLUM . in bosco et in plano cum pascuis, tenen[dam de] nobis et de heredibus nostris liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . dando nobis annuatim x. solidos [pro ter]ra illa ad festum . Sancti MICHAELIS . et nos totum servicium quod pro illa terra debetur faciemus comiti. Quod si nos aliquo [modo de]fecerimus de servicio quod pro illa debemus comiti . abbatie retinebet de x. solidis . qui nobis debentur quantum

pertinet ad [defec]tum. Et si contigerit quod aliquis calumpniatus fuerit terram illam . nos warantizabimus predicte abbatie contra omnes [homines] . . . . . . et omnem parentelam nostram . et contra omnes qui inde in curia comitis placitare voluerint . et ibidem judicium [sit in a]uxilio abbatis. Et quia nos sigilla non habemus . sigillo NICHOLAI LANDAVENSIS episcopi . et WALTERI abbatis de NETH . et JOHANNIS [abbatis de MARGA]N predictam hanc nostram concessionem consignamus. Pro hac vero concessione predicta abbatia dedit nobis v. marcas . . . . . . [Hii]s testibus.

Endorsed—'Carta filiorum Hereberti de terra de Killeculum.'

DCLV.

QUIT-CLAIM BY THATHERECH, DAUGHTER OF KATHERECH, TO MARGAM ABBEY OF THE 'PEYTEVIN LAND.'

[PENRICE MSS.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . THATHERECH filia KATHERECH . salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu YORUARD ab GISTELARD mariti mei et omnium filiorum meorum et aliorum amicorum meorum quitum clamavi Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum clamium meum de Terra PEYTEUIN . et totum jus quod dicebam me habere in eadem terra. Ita quod dicti monachi habeant et teneant eandem terram solutam et quitam a me et omnibus heredibus meis in perpetuum. Et sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod nunquam movebo clamium vel querelam versus monachos de MARGAN pro predicta terra . vel aliquis alius pro me vel per me sive supervixero maritum meum sive non. Hiis testibus. MAURICIO persona de LANGENUTH . YORUARD ab ESPUS . ENER ab KNAYTU . WRONOU DU . PHILIPPO ab KADUGAN . CRADOC ab RICARD . MEDEROD ab KANAN et ROBERTO POYNZ . WILLELMO .

WALTERO . monachis de MARGAN . REREDO . HUGONE . ESPUS . conversis . et multis aliis.

Pointed oval seal, brown wax, 1⅛in. by ¾in., a fish hauriant.

+ SIGILLUM . TADERECH.

Endorsed—'Carta Thatherehc de terra Peitevin. John Du.'

DCLVI.

GRANT BY MARGAN AP KARADOC TO MARGAN OF LAND AT ORGARES WALL.

[PENRICE MSS.] 1199.

Omnibus Sancte Ecclesia filiis p. e. f. MARGANUS filius KARADOCI salutem. Sciatis me consilio et consensu filiorum meorum concessisse et dedisse et hac karta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et m. i. D. s. in elemosinam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exaccione seculari totum pratum quod fuit ALEWI inter domum RADULFI et ORGARES WALLE . et universa prata mea que sunt inter ORGARES WALLE et capellam et totum pratum quod fuit DAVID PUINEL. Et pratum YEWAN BRAUT WAITH . reddendo michi et heredibus meis annuatim ad festum Sancti MICHAELIS unam marcam argenti pro omni servicio. Et sciendum quod pre manibus accepi redditum v. annorum anno ab incarnatione Domini M^o^ C^o^ nonagesimo nono post festum Sancti MICAELIS. Et notandum quod nunquam deinceps premanibus accepturus sum nisi redditum trium annorum. Ego autem et heredes mei prefatam donationem predictis monachis warentizabimus contra omnes homines in perpetuum. His testibus HELIA decano . WORGANO Capellano de AVENE . MEURIC MAP et GRIPHINO fratre ejus . HOWELO filio GRIPHINI . RUATLAN MAP WRGI . MORGENU COLE . DAVID PUINEL . WILLELMO filio ALEWI . HERBERTO filio PALMARI.

Fragment in green wax of the seal of Margan f. Karadoc.

Endorsed—'Morgan de pratis de Avene et diversis aliis terris.' 'Karadoci.'

DCLVII.

GRANT BY ESPUS, SON OF CRADOC DU, TO MARGAM OF LAND IN PEITTEVIN IN KENFIG.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. ESPUS filius CRADOC DU' salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN etc. servientibus totam terram meam quam habui de feodo PEITTEVIN in territorio de KENEFEH in elemosinam liberam et quietam ab omni seculari consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Reddendo annuatim mihi et heredibus meis in perpetuum solummodo dimidiam marcam pro omni servitio. Et sciendum quod initio hujus donationis accepi pre manibus firmam VJ. annorum scilicet IIJ. marcas unde ipsi monachi quieti sint usque ad tantum terminum perimpletum et secundum quod si contigerit me mori antequam heredem habeam de uxore mea filia RESI filii EVHAN totam predictam terram illis dedi in elemosinam puram et quietam ab omni servitio. Si vero contigerit me habere heredem post mortem meam dedi eis XIJ$^{cim.}$ acras simul cum corpore meo in puram elemosinam et duos [sol'] clamavi solidos quietos quos accipere solebam de predicta firma. Et hec omnia firmiter tenenda et warentizanda in perpetuum affidavi et super sacra juravi et plegios inveni scilicet RESUM COED et fratres ejus ITHELLUM filium RIWEL et fratres ejus GALFRIDUM filium CANETHURI DU et fratres ejus.

Seal pointed oval, brown wax; a dexter hand issuing from the proper left grasping a bannered lance in pale.

'+ SIGILL ESP . . . . CRADOCI.'

Endorsed—'Espus filius Caradoci in Petteuin,' and in a later hand 'Kenfige.'

DCLVIII.

GRANT BY MASTER MAURICE TO MARGAN OF THE LAND OF EGLUSKEIWR.

[Harl. Ch. 75 C. 33.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint magister Mauricius salutem.

Noverit universitas vestra me concessu domini Willelmi Londoniensis concessisse domui de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totam terram de Eglus Keiwir . cum omnibus pertinentiis suis. Reddendo inde mihi annuatim ad festum Sancti Michaelis xii. denarios. Hiis testibus . Radulfo clerico de Land'v[1] . Kandalano presbitero . Johanne persona de Marcros . Ricardo Pincerna de Marcros . Henrico filio magistri Mauricii . Willelmo fratre ejus.

Endorsed—'Magistri Maurikii,' and 'Magister Mauricius de Egluskeiwir.'

Round seal, red wax, 1in. diam. The Master, sitting on his official chair, in profile to the proper right, with a lectern before him.

+ SIGILL' : MAGRI' : MAURIC.

(1) For Landough.

DCLIX.

ABJURATION BY THE SONS OF ROGER KAM OF CLAIM ON THEIR FATHER'S GRANT IN BONVILESTON TO MARGAM.

[Penrice MSS.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum v. vel a. Robertus ab Roger . Wronu . Adam . et Philippus fratres . salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos spontanea voluntate nostra et consilio Rogeri Kam patris nostri et aliorum amicorum nostrorum concessisse et quitum clamasse et abjurasse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie de

Margam . et monachis ibidem Deo servientibus totum jus nostrum et totum clamium quod habebamus tanquam heredes Rogeri Kam patris nostri in terra quam ipse tenuit de Templariis in feudo de Bonevilest[on] . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus nostris sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margan juravimus quod istam concessionem et quitam clamacionem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Et quia propria sigilla non habuimus . sigillum Rogeri Kam patris nostri ad petitionem nostram presenti scripto est appositum. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuracio iiij. filiorum ejus de eadem terra.'

DCLX.

GRANT BY HENRY, ABBOT OF GLOUCESTER, TO MARGAM OF LAND IN LLANGEWI.

[Penrice MSS.] Ante 1202.

Cyrograph.

Sciant omnes [tam] presentes quam futuri quod ego Henricus [abbas monasterii Sancti] Petri Gloucestrie et ejusdem loci conventus concessimus et hac carta nostra confirmavimus . venerabilibus . . . . abbati et conventui de Margan . terram illam in feudo de Langewi quam Willelmus Scurlag dedit . . . . . Eweni . ut habeant monachi de Margan . predictam terram cum omnibus libertatibus et aisiamentis suis . . . . omni servicio consuetudine et exactione. Reddendo inde annuatim ij. solummodo ecclesie Sancti Michaelis de . . . . [Ew]eni . ad terminum Pasche. Et predictam terram prefatis monachis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In [cujus r]ei testimonium presens scriptum in modo Cyrographi confecimus . cujus unam

partem sigillo ecclesie nostre munitam predictis [abbat]i et conventui de MARGAN . tradidimus. Alteram vero partem sigillo ejusdem abbatis et conventus de MARGAN roboratam penes [n]os retinuimus. Hiis . testibus.

Endorsed—'Cyrographum Henrici Abbatis Gloecestrie de XXIIII. acris aput Langewi.'

DCLXI.

GRANT BY WILLIAM DE LONDONIIS TO MARGAM OF THE CHAPEL OF EGLISKEINWIR.

[HARL. CH. 75 C. 31.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris WILLELMUS de LONDONIIS salutem.

Sciatis m[e] concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam capellam de EGLESKEINWIR cum omnibus pertinentiis suis inter VGGEMOR et GARWE pro anima mea et anima patris mei et matris mee et antecessorum et successorum nostrorum ad habendum et tenendum libere quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius haberi potest imperpetuum. Hiis testibus WILLELMO de CANTELO WILLELMO de REINNI Magistro MAURITIO ROBER[TO cle]rico ROBERTO CHAMBERLEIN NICHOLAO filio RICARDI et aliis.

A fine oval seal, 1⅝in. by 1¼in., in green wax. Impression from an antique oval intaglio gem, a man on horseback galloping to his proper right, and holding a flag. Legend—'+ SIGILLUM . WILL'I. DE . LONDONIIS.'

Endorsed—'W. de Lond' de Egliskeinwir.'

DCLXII.

GRANT BY WILLIAM DE LONDRES TO MARGAM OF A BURGAGE AND LAND AT CATWELI [KIDWELLY].

[PENRICE MSS.]

Omnibus s. e. f. ad quos presens scriptum pervenerit . WILLS' de LOND' salutem.

Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse Deo et B. M. et monachis de MARGAN pro salute anime mee et predecessorum atque successorum meorum unum burgagium in villa mea de CATWELI quod JOHANNES filius RAGENILDE tenet et unam acram prati in prato meo quod OLEMEDA vocatur ubi ipsi monachi utile sibi fore perspexerint . ut habeant hec et possideant in elemosinam liberam ab omni servicio exactione et consuetudine seculari. Et sciendum quod quicunque prefatum burgagium de prenominatis monachis tenuerit habebit omnem libertatem quam burgenses mei solent habere in plano et bosco . in aquis et pascuis aliisque aisiamentis. His testibus THOMA de LOND' . JOHANNE de LOND' . RICARDO ALBO . RICARDO SCARPIN . ANDREA monacho de MARGAN . RADUL. de CANTELO JOHANNE filio RAGINELDE . RICARDO filio TOVI.

Seal, red wax, pointed oval, 1¾in. by 1¼in. Impression of an antique oval intaglio gem: a warrior riding on a horse, to the left.

Legend—'+ SIGI . . LUM . WIL . . . . DE LONDONIIS.'

Endorsed—'Carta de donatione apud Kadweli.'

DCLXIII.

GRANT BY MILO SON OF JOHN KAIR OR CAIRUS TO MARGAN OF LAND WEST OF THE LAKE.

[HARL. CH. 75 C. 20.]

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris MILO filius JOHANNIS KAIR salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac karta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus omnem terram meam que est ad occidentem loci et tendit usque ad terminos terre HERBERTI SCURLAGE in elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio et consuetudine et omni exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et super sanctas reliquias juravi quod hanc conventionem eis integram illibatamque servabo. Quod si eis hanc terram warentizare non potero dabo eis tantum terre de libero tenemento meo quod de NOVO CASTELLO teneo. Et hoc totum feci pro anima patris mei et antecessorum meorum. His testibus. WORGANO fratre meo . HELIA FLEMENC et WILLELMO filio ejus . RICARDO capellano . DAVID SCRIPTORE . HIAGO.

Fine round seal, red wax, 1½in. diam. A fleur-de-lis of elaborate design.

Legend—' + SIGIL' : MILONIS : CAIRUS : '

Endorsed—'Milonis filii Johannis Kair.'

The copy in the Charter roll presents two or three unimportant verbal differences.

DCLXIV.

QUIT-CLAIM BY ROGER KAM TO MARGAN ABBEY OF HIS RIGHTS IN BONEVILESTON.

[HARL. CH. 75 C. 22.] CIRC. 1241.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel auditurus . ROGERUS KAM salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu . ROBERTI . WRONU . ADAM . et PHILIPPI filiorum meorum et heredum et aliorum amicorum meorum concessi et quitum clamavi et abjuravi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum jus meum et totum clamium quod habui in terra quam tenuit pater meus de TEMPLARIIS . et ego tenui in feudo de BONEVILESTONE . ut habeant et teneant

dicti monachi dictam terram . libere quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis qui sunt . vel erunt sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod ego et predicti filii mei affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus . quod istam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus . ENEA ab ROSER . MADOCO fratre ejus . YORUARD ab ESPUS . YORUARD COH. RICARDO de BONEVILE . OSBERNO et THOMA de KANTELO monachis de MARGAN . KIREDO et ESPUS et JOHANNE FABRO conversis de MARGAN. Et multis aliis.

Endorsed—'Abjuratio Rogeri Kam de terra in feudo de Bonevileste.'

Pointed oval seal, dark green wax, 1⅛in. by ⅞in. A symmetrical branch of five flowers, inverted.

Legend—'+ SIGILL' : ROGERI : KAM.'

DCLXV.

GRANT BY WILLIAM DE LONDRES TO MARGAM OF THE LAND BETWEEN THE GARW AND THE OGMORE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte Ecclesie filiis p. et f. WILLELMUS de LOND[ONIIS] salutem. Sciatis me consilio et consensu matris mee et fratris mei THOME de LOND-[ONIIS] et aliorum amicorum meorum concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et Ecclesie S. M. de M. et monachis Deo ibidem servientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam quicquid continetur inter has duas aquas . VKGEMOR et GARWE . in bosco et plano . ab eo loco ubi GAREWE cadit in VKGEMORE quantum terra mea durat versus ROTHENI . ut habeant et teneant eam ad feudo-firmam. Reddendo michi et heredibus meis annuatim . III$^{es.}$ marcas . scilicet

xx. solidos ad festum Sancti MICHAELIS . et xx. solidos ad PASCHA . pro omni servitio consuetudine et exactione. Et sciendum quod forestarius meus custodiam nemoris habebit cum consilio Abbatis de MARGAN. Ita quod ego inde capiam quantum opus habuero ad proprios usus meos et hominum meorum . et monachi inde capient quantum opus habuerint ad usus proprios . sine nemoris destruccione. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hanc elemosinam contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus THOMA de LOND[ONIIS] PETRO PINCERNA . RADULFO de CANTELO . WALTERO GUMDI . OWENO le NORREIS . PAGANO de TURBERVILLE . GILBERTO de TURBERVILLE . WILLELMO de CANTELO . OSBERNO clerico . ROBERTO clerico.

Endorsed—'De Kevenmahhai. Donatio Willelmi de Lond[oniis.']

DCLXVI.

CONFIRMATION BY THOMAS DE LONDRES OF THE GRANT BY HIS FATHER WILLIAM TO MARGAM ABBEY OF LAND BETWEEN THE UGKEMORE AND GARWE, TOWARDS ROTHENI.[1]

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. THOMAS de LOND' . salutem.

Sciatis me consilio et consensu matris mee et fratris mei WILLELMI de LOND' . et aliorum amicorum meorum concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie B. M. de MARGAN et m. D. i. s. pro salute anime mea et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam . donationem quam predictus frater meus WILL' de LOND' illis fecit . scilicet quicquid continetur inter has duas aquas UGKEMORE et GARWE in bosco et plano ab eo loco ubi GARWE cadit in UGKEMORE . quantum terra nostra durat versus ROTHENI . ut habeant et teneant eam ad feudofirmam libere et quiete bene et in pace in omnibus et per omnia . sicut carta ipsius WILL' de LOND' testatur . reddendo

annuatim III. marcas pro omni servitio consuetudine . et exactione. Et ego predictam donationem eis warentizabo contra omnes homines sicut elemosinam nostram in perpetuum. Hiis testibus. PINCERNA PETRO . RADULPHO de CANTEL' WALTERO GUNDI . OWENO le NORREIS . GODEFRIDO filio ALMERI . HERVEIO CRAS GERVASIO clerico.

Seal in dark green wax, slight pear-shaped, 1¼in. by 1in. Impression of an antique oval intaglio gem: a helmeted bust to the left.

Legend—'+ SIGILL' THOME DE LOND'.'

Endorsed—'Confirmatio T. de Lond'.'

(1) See No. CXXXI., Vol. 1, p. 100, to which this Charter is a companion.

DCLXVII.

CERTIFICATE BY MORGAN AB CRADOC OF THE QUIT-CLAIM TO MARGAM OF CRADOC AP JOHN.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesię filiis presentibus et futuris ad quos presens scriptum pervenerit . MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Noverit universitas vestra . quod CRADOCUS filius JOHANNIS liberam et quitam clamavit monachis de MARGAN et coram me abjuravit totam terram que est inter duas AVENAS . quam ipse CRADOCUS a prefatis monachis calengizaverat . et quitam . clamavit de se et de omnibus suis. Et super hoc plegios invenit me et MEUNE BROCH.

Endorsed—'Carta attestationis Morgani. Scilicet quod Cradocus filius Johannis quitum clamavit totam terram inter duas Avenas; sine redditu.'

DCLXVIII.

GRANT BY HUGH DE LANCARVAN TO MARGAN OF THIRTY ACRES IN LANMEUTHIN.

[PENRICE MSS.]

Reverendissimo patri suo W[ILLELMO] Dei gratia LANDAVENSI episcopo et omnibus Sancte ecclesie fidelibus ad quos presens carta pervenerit HUGO filius . RODBERTI de LANTCARVAN salutem.

Notum sit universitati vestre quod ego pro salute anime mee et patris mee et matris mee . et antecessorum necnon et successorum meorum dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Deo et ecclesie B. M. de MARGAN et m. i. D. s. de libero tenemento meo xxx^ta. acras terre mee que proximiores sunt terre sue de LANTMEUTHIN cum crofta que proxima adjacet veteri cimiterio ex occidentali parte necnon et quatuor alias adhuc croftas . quarum una jacet subtus vetus cimiterium et tres relique á magna via versus fontem descendunt de LANTMEUTHIN. Ut habeant scilicet predicti monachi et teneant hec omnia in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio seculari exactione et consuetudine. Et sciatis quod predictam terram dedi prefatis monachis concessu domini mei HENRICI de HUMFRANVILL' . necnon et concessione et bona voluntate MARGERIE uxoris mee et aliorum amicorum meorum. Et si aliquod servitium de predicta terra fuerit requisitum sive domini Regis sive aliud . ego et heredes mei illud adquietabimus ita quod monachi imperpetuum quieti erunt . et nemini de aliquo respondebunt. Abbas vero de MARGAN et monachi quando hanc eis donationem feci pro mea magna necessitate michi dederunt quatuor marcas argenti et unum bovem juvenem. Ego autem hujus mee donationis cartam super magnum altare sepe dicti monasterii de MARGAN sollemniter multis astantibus obtuli . et in plenario comitatu de KAERDIF eam recitari feci . et ibidem hanc meam presentem donationem monachis viva voce fideliter testificatus sum. Et quod eam illis ubique warantizabo. Testibus JACOBO tunc priore de MARGAN . ROGERO cella-

rario . VINCENTIO et GODEFRIDO monachis de MARGAN . JORDANO converso . ROGERO et RICARDO conversis hospitalibus de MARGAN necnon et in antedicto comitatu de KAERDIF . Testes hii sunt inscripti scilicet . WILLELMUS prior de GOLCLIVE . HENRICUS de HUMFRANVILL' . JOHANNES le SORUS . PAGANUS de TURBERVILLA . PHILIPPUS de MARECROS . WILLELMUS FLANMENGUS . RODBERTUS MORINUS . ODO de NOVO BURGO.

Seal dark red wax; an ornamental fleur-de-lis.

+ SIGILL' . HUGONIS . FILII . RODBERTI.

DCLXIX.

HUGH DE LANCARVAN INFORMS BISHOP WILLIAM THAT HE GRANTS TO MARGAM LAND FOR THE CONSTRUCTION OF A CHAPEL IN HONOUR OF ST. MEUTHIN AT LANDMEUTHIN GRANGE.

[PENRICE MSS.]

Dilecto patri suo . W[ILLELMO] Dei gratia LANDAVENSI episcopo et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptura pervenerit HUGO filius RODBERTI de LANTCARVAN salutem.

Notum facio universitati vestre me dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et B. M. et m. de MARGAN in liberam et puram perpetuamque elemosinam consilio et consensu amicorum meorum et conjugis . et domini mei HENRICI de HUNFRANVILL' unam acram terre ad auxilium frabricande (*sic*) capelle in honorem Sancti MEUTHINI apud grangiam eorum que vocatur LANTMEUTHIN. Que videlicet acra jacet juxta terram quam eis prius dederam in XXX. acras ad australem partem. Ut ipsi videlicet monachi habeant predictam acram libere et quiete ab omni servitio et seculari exactione in perpetuum. . pro salute anime mee et uxoris et domini mei et antecessorum et successorum. Teste ROGERO cellarario et GODEFRIDO monacho de MARGAN AUEL sacerdote de Sancto HILARIO

WALTERO capellano de LANTCARVAN . Fratre WITFARE . et RICARDO TERRI . WALTERO RUFO . conversis de MARGAN . MARGERIA conjuge mea . ROGERO COLE.

Seal in dark red wax, 1⅝in. diam. Device, a rude fleur-de-lis.

Legend—'+ SIGILL. HUGONIS FILII [RODBERTI].'

Endorsed—'Hugonis de Lantkarvan . de una acra.'

DCLXX.

GRANT IN NEWCASTLE BY PAGAN DE TURBERVILLE TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

[Venerabili in domino patri] WILLELMO Dei gratia LANDAVENSI episcopo . et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit . PAGANUS de TURBERVILLA salutem.

Notum sit universitati vestre nos dedisse et presenti carta nostra confirmasse . consilio et consensu conjugis [mee et] amicorum Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN . Deo ibidem servientibus . totam terram quam dominus meus . . . . o . michi dedit in territorio NOVI CASTELLI. In COITHCART . pro servitio meo . ut ipsi eam habeant totam . . . . . . [pu]ram elemosinam . liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . per omnia sicut ego eam melius et integrius unquam . . . . . . in pratis . et pasturis et ceteris pertinenciis suis. Et si aliquod servitium sive domini Regis sive comitis . . . . . . [for]sitan inde fuerit aliquando requisitum . ego et heredes mei illud adquietabimus . ut monachi sint ab . . . . . . Sane ego et heredes mei prefatam hanc donationem meam quam feci pro anima patris mei et matris [mee vel] WILLELMI comitis et antecessorum meorum et successorum monachis warantizabimus contra omnes homines. Quod [si . . . . non] poterimus . ipsis monachis XX. Marcas . argenti . reddemus . quas michi dederunt . mee magne necessitate compatientes . [a]d redimendam et recuperandam terram meam et hereditatem in ANGLIA . que terra vocatur MERSFELD. Testibus.

Endorsed—' . . . . . . bervilla de terra de Coitcarth.'

DCLXXI.

NOTIFICATION BY PAGAN DE TURBERVILLE TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, OF HIS GRANT TO MARGAM OF LAND IN NEWCASTLE.

[Penrice MSS.]

Reverendo patri suo Willelmo Dei gratia Landavensi episcopo et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . Paganus de Turbervilla salutem.

Notum facimus universitati vestre nos dedisse et presenti hac carta nostra confirmasse Deo et B. M. et monachis de Margan D. i. s. consilio et consensu conjugis mee . et heredum . et amicorum . in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . totam terram quam dominus meus Willelmus comes Gloecestrie dedit michi in territorio Novi Castelli scilicet in Coitkard . pro meo servitio. Ut ipsi eam habeant et possideant in perpetuum libere et quiete . et pacifice . in moris et pratis . et terris et pasturis . et ceteris pertinentiis suis per omnia sicut ego eam unquam melius et integrius . et liberius possedi et habui. Sane si aliquod servitium sive domini Regis sive comitis . inde aliquando requisitum fuerit. Ego et heredes mei illud adquietabimus ut monachi sint ab omnibus rebus in sempiternam quieti. Ego insuper et heredes mei hanc donationem quam fecimus pro anima patris mei et matris et antecessorum et successorum et domini mei Willelmi comitis . et heredum suorum . contra omnes homines monachis prefatis warentizabimus. Monachi namque sepedicti mee magne necessitati conpatientes . in recognitione hujus mee donationis xx$^{ti.}$ marcas argenti dederunt ad redimendam et recuperandam usibus meis terram meam et hereditatem in Anglia que vocatur Mersfeld. Testibus . Willelmo Landavensi episcopo . Urbano archidiacono . Waltero abbate de Neth . Hamone de Valun' vicecomite de Kaerdid' . Herreberto de Sancto Quintino . Henrico de Humfranvill' . Ricardo Norrensi .

WALTERO de SULIE . ROGERO de BERCHEREL . PHILIPPO de MARECROS . URBANO de PENDUUELIN . PHILIPPO sacerdote de MARECROS . WILLELMO le SOOR . WILLELMO de Sancte HILARIO . WILLELMO de PORTECHIWET . THOMA capellano domini episcopi . RICARDO de KAERWIGA . WILLELMO de BEDINT' . et GODEFRIDO monachis de MARGAN.

Seal in dark brown wax, 2¼in. diam.; upon two plaited cords, silk in two colours. Device, a figure riding to the proper right, holding a lily flower in the right hand; in the left a horn, which he is blowing.

Legend—'+ SIGILLUM PAGANI DE TURBERVILLA.'

Endorsed—'Karta Pagani de Turb'vill' de terra de Coitkard.'

DCLXXII.

TO THE SAME EFFECT, WITH SLIGHT VARIATIONS IN THE LANGUAGE EMPLOYED, BUT WITH A PROVISION ADDED IN CASE THE WARRANTY SHOULD FAIL.

[PENRICE MSS.]

Reverendo patri suo WILLELMO Dei gratia LANDAVENSIS episcopo et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit . PAGANUS de TURBERVILLE salutem.

Notum facimus universitati vestre nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse . consilio et consensu conjugis mee et heredum . et amicorum . Deo et B. M. et monachis de MARGAN D. i. s. totam terram quam dominus meus WILLELMUS comes GLOECESTRIE michi dedit in territorio NOVI CASTELLI in COITTKARD . pro servitio meo . ut ipsi eam habeant totam in perpetuam et puram elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . per omnia sicut ego eam melius et integrius unquam habui in moris et in pratis . in pasturis et ceteris pertinentiis suis. Et si aliquod servitium sive domini Regis . sive comitis . sive aliud forsitam inde fuerit aliquando requisitum. Ego et heredes

mei illud adquietabimus ut monachi sint ab omnibus rebus quieti. Sane ego et heredes mee prefati hanc donationem meam quam feci pro anima patris et matris mee . et domini mei WILLELMI comitis et antecessorum meorum . et successorum monachis warentizabimus contra omnes homines. Quod si facere non poterimus . ipsis monachis xx^ti. marcas argenti reddemus . quas michi dederunt mee magne necessitati conpacientes ad redimendam et recuperandam terram meam et hereditatem in ANGLIA . que terre vocatur MERSFELDA. Teste WILLELMO de LOND' seniore . et WILLELMO de LOND' juniore . WILLELMO Monacho de OWEIN . REGINALDO Monacho de NETH . HEREBERTO filio TURKILLDI . RICARDO de DUNESTERRE . ROBINO fratre PAGANI . WILLELMO de CANTELO' . MAURICIO de CANTELO' . DANIELE clerico de COITTIF . HERTWEIO de LARMERE . RICARDO filio HEREBERTI . RANNULFO de la KAER.

Imperfect seal, brown wax, as described in the preceding Charter.

Endorsed—'Pag. de Turberwill'.'

The Turbervilles, a Norman family, held Beer Turberville and other Dorsetshire lands, and Crickhowell in Brecknock.

A very early branch settled at Coyty in Glamorgan, where Pagan de Turberville is reputed to have strengthened his position by a marriage with the heiress of the dispossessed Welsh lord.

A Pagan de Turberville witnessed the Neath foundation charter in 1179, and another, probably his son, appears in a law suit with Walter de Sully in 1199, and under King John in 1207. He was probably the father of Gilbert, who died before 1281. They held Coyty, and filled a great position in the lordship till the extinction of the male line in or about the reign of Richard II., when Catherine, their heiress, married Sir Roger Berkerolles.

The estates finally descended to William Gamage, whose descendant and heiress, Barbara Gamage, in the 16th century married Sir Robert Sydney, and the Earls of Leicester held Coyty till their extinction in 1748, when the estates were sold.

DCLXXIII.

GRANT BY RES, SON OF HOEL, AND HIS BRETHREN TO MARGAM OF LAND ON THE AVENE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte Ecclesie filius ad quos p. s. p. RESUS filius HOEL et fratres ejus scilicet HOEL . GRIFFINUS . LOELIN . YTHEL . salutem.

Sciatis nos c. et d. et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de

Margan et m. i. D. s. concessione Morgani filii Karadoci in puram et perpetuam elemosinam totam partem nostram videlicet totam tertiam partem omnium quo continentur inter has divisas scilicet a vado Keuelhi usque ad fontem Sancti Ylthuti et a fonte Sancti Ylthuti usque ad Torbethel et a Thorbethel usque ad Blain Cragan sicut Blain Cragan descendit in Avene . pro anima patris nostri et antecessorum et successorum nostrorum tenendam et habendam libere et quiete in bosco et in plano in pasturis et in omnibus aisiamentis. Et nos hanc donationem predictis monachis warantizabimus sicut elemosinam nostram contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus Morgano filio Karadoci . Rogero Wian . David Puignel . Ychenard filio Ythel . Meuric Was.

Two seals, red wax. 1. Morgan ap Caradoc, as usual. '+ sigill . . . margani filii carad . . . . .' 2. An oval, 1in. by 1¼in. Device, a broad-leaved spear, polewise, point upwards. '+ sigil . . . . howeli.'

Endorsed—'Resi filii Hoel et fratum suorum.'

A Res ap Howel appears as 'latro et felo,' conveyed from Langunit to Caerdiff, in the accounts of the Comitatus (I. p. 238); also as witness in an Avene Charter in 1333 (*Ibid* 288).

DCLXXIV.

CONFIRMATION BY RES AP HOEL AND HIS BROTHERS OF THEIR FATHER'S GRANTS TO MARGAM.

[1] Omnibus S. E. f. ad quos presens scriptum pervenerit Resus filius Hoel . et fratres ejus . scilicet . Hoel . Griffin[nus] . Luelin . Ythel . salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus . concessione Morgani filii Cradoci [in puram et] perpetuam elemosinam . totam partem nostram . videlicet totam terciam partem omnium que continentur inter [has divi]sas . scilicet a vado Keuelhi usque ad fontem Sancti Ylthuti . et a fonte Sancti Ylthuti usque ad Thor . . . . . et usque ad Blaincragan sicut Blaincragan descendit in Avene . pro anima patris nostri et antecessorum et successorum nostrorum . tenendam et habendam libere et quiete in bosco et in plano in

pasturis et in omnibus aisiamentis. Et nos hanc donationem predictis monachis warantizabimus sicut elemosinam nostram contra omnes homines imperpetuum. His Testibus Morgano filio Cradoci . Rogero Wray . David Pugnel . Ychenardo filio Y . . . . Meuric . Was.

Endorsed—'Confirmatio Resi filii Hoel et fratrum suorum de terra quam nobis dimisit pater eorum . (Vacat . . .')

(1) This copy is scored through, as though for erasures.

DCLXXV.

REMISSION BY THE ABBOT AND CONVENT OF TEWKESBURY TO THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAN OF AN ANNUITY ON THE LIFE OF JURDAN DE HAMELDENA.

[Harl. Ch. 75 A. 51.]

Noverint universi legentes et audientes hanc cartam quod nos abbas et conventus Theokesbirie conventionavimus abbati et conventui de Margan quod de illis viginti duobus solidis quos nobis ipsi reddunt pro Jurdano de Hameledena . quamdiu ipse vixerit . quod de illis viginti duobus solidis post mortem ipsius Jurdani nichil omnino requiremus á domo de Margan. Set ipsa domus inperpetuum erit inde quieta et carta de Margan quam inde habemus . ipsis sine omni contradictione resignabitur. Et super hoc fecimus eis cartam nostram in testimonium.

Endorsed—'De ecclesia de Kenefec.'

Portions of two seals attached. 1. First seal of Tewkesbury abbey. 2. Seal of the abbot of Tewkesbury. The abbot standing on a corbel with a book in the left hand, the right hand uplifted in benediction.

. . . . . . DEI : GRA : ABBAS : S . . . . . .

A fine of 1197 (Vol. I., p. 83) mentions Thomas le Sanford as having married Amable, elder daughter and co-heir of Richard de Kardif, and as with him holding a knight's fee in Hameleden, which was probably in Gloucestershire and connected with Tewkesbury. Jordan was a name in use in the de Kardif and Sandford families, but who Jurdan was is unknown. He may have been a de Cardiff. The charter is probably of the close of the 12th century.

DCLXXVI.

GRANT BY PHILIP, SON OF WURKENI, TO MARGAM OF TEN ACRES.

[Harl. Ch. 75 D. 22.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Philippus filius Wurkeni dedi abbati et monachis de Margan in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione x^cem. acras terre de terra quam comes dedit mihi et aliquantulum eo amplius. Scilicet inter viam que vadit inter terram meam et terram Pagani de Turbervilla et fossatum quod descendit ab eadem via inter terram meam et terram Willelmi Scurlage usque ad metas in signum positas in planitie ejusdem campi versus orientem et hinc usque ad bosculum recta linea qui est in descensu versus aliam viam que vadit inter terram meam et terram Willelmi Scurlage. Hanc totam terram dedi eis in terra arabili et pratis et morosis. Teste frater Rogerus cellararius de Margan Jordanus et Ricardus de Bada fratres de Margan Gilebertus presbiter de Novo Castello Walterus Laheles Normannus prepositus Eilmerus palmerus Codwinus de Novo Castello Rodbertus nepos meus.

A pointed oval seal, 2¼in. by 1¼in., in a fine style of work, in bright red wax. Device, a dexter hand and arm, issuing from the proper left, holding a lance-flag. Legend—'+ SIGILL' FILLIPI F' WURKENI.'

Endorsed—'Carta Philippi filii Gurgeni.'

DCLXXVII.

GRANT BY WILLIAM, SON OF OSMUND, TO HIS SON THEOBALD, OF A BURGAGE IN KENFEG, AND A HOUSE IN CARDIFF, ETC.

[Penrice MSS.]

Willelmus filius Osmundi . dominis suis . et omnibus amicis suis . et omnibus hominibus suis . salutem.

Sciatis me dedisse et concessise TEDBALDO filio meo burgagium meum de KENEFEG pro servitio suo. Ita libere sicut ego illud tenui de comite . et unum masagium in CARDIF super quod domus sua est . et totam WULNODES croftam. Et volo et concedo quod ipse et heredes sui teneant hec omnia de me et de heredibus meis libere et quiete . in feudo et hereditate per unam libram piperis donando per annum pro omni servitio. Et ipse TEDBALDUS dedit mihi de recognitione . IJ. solidos. Hujus donationis sunt testes. ROBERTUS filius RICARDI cujus sigillo . hec carta est sigillata . et ACELINA uxor mea . et STEINERUS et ROGERUS GUOLEGUT . et ADAM filius ACERI . et WILLELMUS filius THANEWI . et ODO filius ENGELRAMI . et EILRICUS DEVON' . et WALTERUS filius RICARDI et NICHOLAUS frater ejus.

Seal in white wax; a fragment of a seal probably 1in. diam. An armed rider, right hand extended, sword erect, but sloping; he rides to the proper left.

A small counter-seal, $\frac{7}{8}$in. by $\frac{5}{8}$in., rounded oval, impression of an antique oval intaglio gem. A boat, with two mariners in it.

Legend indistinct.

This seal resembles much some others in the collection.

Osmond=
|
William=Acelina
|
Tedbaldus

DCLXXVIII.

NOTIFICATION TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, BY MILISENT, DAUGHTER AND HEIR OF WILLIAM MITDEHORGUILL, OF HER GRANT TO MARGAM OF LAND, ETC., ON TURBURNESDUNE.

[PENRICE MSS.]

WILLELMO D. g. LAND. episcopo et omnibus Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit MILISANT filia WILLELMI MITDEHORGUILL et heres ipsius salutem.

Noverit u. v. dedisse me et presenti hac karta mea confirmasse D. et B. M. et monachis de MARGAN D. i. s. in puram et perpetuam elemosinam x. acras terre pro salute anime mee et patris mei et antecessorum meorum et successorum liberas et quietas ab omni servitio et seculari exactione . cum duabus acris prati que videlicet terra jacet super TURBERNESDUNE ad occidentem ipsius usque ad magnam viam que vadit de FENNEBRIGGE versus WIGETUNE totam scilicet juncosam acram et reliquam terram sicut descendit per metam terre RODBERTI ALDID et pratum ipsius ad orientem magne vie . et sic divertit usque TRAMPPESLATD subtus terram WALTERI BULDI et vadit per rivum TURBERNESDUNE et descendit usque in rivum qui divisa est inter terram de BONEVILESTUNE et nostram . et pertingit usque ad predictam magnam viam que venit de FENNEBRIGGE. Et si forte aliquod servitium de hac terra fuerit forte aliquando requisitum sive domini Regis sive aliud. Ego illud de reliqua terra mea ad quietabo . ut monachi sint ab omnibus in perpetuum quieti. Et quando hanc monachis donationem feci . abbas et monachi mee magne necessitati compatientes unam marcam argenti ad relevandam terram meam de BARRI dederunt. Testibus GODEFRIDO monacho de M. WILLELMO de BEDINTUNE OSBERNO cellarario de NETH . fratre JORDANO et fratre WITTFARE conversis de M. RICARDO sacerdote de KAERWIGA . AUGUSTINO capellano de Sancto JOHANNE HEREBERTO filio TURKILLI . DOBINO SIWARD de KARDIF . WALTERO filio RICARDI sacerdotis . RICARDO filio HERÊBERTI TURKILLI . OSBERNO cellarario de NETH.

Seal imperfect.

Endorsed—'Carta Dn'e Milisant de x. acris terre et prati duabus quas nobis dedit in perpetuum de pheudo suo apud Sanctum Nicholaum.'

DCLXXIX.

NOTIFICATION TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, BY MILISANT, DAUGHTER AND HEIR OF WILLIAM MITDEHORGUILL, OF HER GRANT TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

WILLELMO D. g. LAND. Episcopo et omnibus Sancte Matris ecclesie filius ad quos p. s. pervenerit. MILISANT filia WILLELMI MITDEHORGUILL et heres ipsius. salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et presenti hac karta mea confirmasse Deo et B. M. et monachis et MARGAN in perpetuam elemosinam puram liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione pro anima patris mei et antecessorum meorum et successorum duas acras prati de libero tenemento meo apud sanctum NICHOLAUM. que videlicet acre jacent contra pratum sacerdotis de BONEVILL' ex altera parte rivuli juxta FENNEBRIGGE. et insuper concessi donum matris mee MILISANT quod fecit predictis monachis similiter in puram et perpetuam elemosinam. scilicet unam acram prati quam dedit pro anima patris mei de dote sua que videlicet acra incipit a fonte DOMSI et jacet ex orientali parte rivuli subtus terram arabilem versus duas acras prati que sunt super eundem rivulum ex altere parte rivuli. Et insuper communem pasturam totius pheudi mei de Sancto NICHOLAO. illis concedo libere et quiete in perpetuum. Testibus YSAAC presbytero de Sancte CADOCO. RICARDO sacerdote de KAERWIGA. GODEFRIDO monacho de MARGAN. Fratre WITTFARE. et Fratre JORDANO conversis de MARGAN. AUGUSTINO capellano de Sancto JOHANNE. HEREBERTO filio TURKILLI. DOBINO filio WALTERI SIWARD. WALTERO filio RICARDI sacerdotis de KARDIF. RICARDO filio HEREBERTI TURKILLI. OSBERNO cellarario de NETH. MATILDE de SOOR avia mea. ROGERO SCROGEIN.

Seal in red wax, pointed oval, $1\frac{7}{8}$in. by $1\frac{1}{4}$in. Device, a full-length female figure vested in a loose robe, girdled at the waist, and in the right hand a flower.

Legend—' + SIGILLUM MILIS[E]N[T].'

Endorsed—'Carta Domine Milisent junioris et matris ipsius de tribus acris prati et communi pastura pheudi sui apud Sanctum Nicholaum . que nobis concessit in perpetuum.'

DCLXXX.

GRANT BY ROBERT, SON OF WIAN, TO MARGAN, OF ALL THE LAND IN THE FEE OF NEWCASTLE HE HAD FROM MORGAN AB CARADOC.

[Penrice MSS.]

Sciant omnes tam p. quam ł. quod ego Robertus filius Wiani concedo . et dimitto monachis de Margan concessione et consensu domini mei Morgani . totam terram meam quam michi dedit in feudo Novi Castelli scilicet quadraginta acras quarum decem in perpetuam elemosinam largitus sum monachis . et xxx. eisdem dimitto ad firmam in vi. annos libere et quiete usque post terminum vi. annorum . qui anni incipiunt a festivitate Sancti Michaelis anni m. c. nonagesimi vij. ab incarnatione Domini. Que videlicet festivitas Sancti Michaelis tertia secuta est captionem castelli de Sancto Claro . factam per Willelmum de Brausa. Ita scilicet . ut per vi. annos habeant xx. acras terre frumentalis et ultra adhuc per tres annos . id est . simul . ix. habeant reliquas . x. acras que jacent juxta illas . quas illis dedi in perpetuum. Et sciendum quod ego pre manibus jam accepi censum omnium istorum annorum . id est . xxvij. solidos . et j. denarium. Et hoc totum feci consensu et consilio fratrum meorum. Rogeri et Griffini . et aliorum. Et si infra hoc spacium mortuus fuero . totam istam terram cum corpore meo prefatis monachis et monasterio dedi in perpetuam elemosinam. Quam si non potuero illis warantizare usque ad prescriptos terminos de hoc quod residuum erit pecunie quam accepi . secundum annorum computationem satisfaciam monachis et terram de omnibus serviciis adquietabo quamdiu fuerit in manibus monachorum et heo omnia me fideliter observaturum juramento firmavi . et hos insuper plegios dedi. Dominum meum Morganum . Rogerum et

Griffinum . fratres meos . Ithell filium Sansonis . et Guganum avunculum meum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Roberti Wian de decem acris.'

DCLXXXI.

GRANT BY ROBERT AND ROGER WIAN OF TEN ACRES IN THE FEE OF NEWCASTLE TO MARGAM.

[Penrice MSS.]

Universis Sancte e. f. p. et futuris . Robertus filius Wian salutem. Notum sit universitati vestre nos per consilium et assensum domini nostri Morgani filii Cradoci et fratrum meorum . Rogeri . scilicet . et aliorum parentum etiam et amicorum dedisse Deo et Beate Marie et monachis de Margan x. acras terre de feodo Novi Castelli . de terra mea quam dominus meus Morganus dedit mihi ibidem . pro meo servitio . que scilicet acre habent ad orientem illum locum inclusum fossato . qui vocatur gardinum Sweini . et tendunt sursum versus montem . ad occidentem . et a septentrionali parte divisam habent terram Scurlag . et ab australi . meam terram . reliquas x. acras. Has x. acras sicut jacent sursum et deorsum in longum . ad orientem et occidentem . et in latum ad aquilonem et australem . predictis monachis dedi in perpetuum . in liberam et perpetuam et puram elemosinam . quietas ab omni servitio et seculari exactione . facturus servicium de reliqua terra mea . si aliquid inde forte aliquo tempore fuerit requisitum. Et hanc donationem feci pro salute anime mee et ancestorum meorum patris et matris et successorum et domini mei Morgani qui illam terram michi dedit. Et quia sigillum non habui . sigillo domini mei Morgani . hanc donationis mee cartam consignavi. Hiis testibus Willelmo cellarario de Margan Godefrido monacho Resus etiam filius Meuric plegius est et Willelmus Kille. Testibus Rogero Cole et fratre Jordano et Waltero de Lantge . et aliis pluribus.

Imperfect seal, brown wax, of Morgan f. Caradoc, as already described.

Endorsed—'Robertus Wian de x. acris.'

DCLXXXII.

GRANT BY ROGER, SON OF WIAUN, AND KENEWREICH HIS BROTHER, TO MARGAM OF TEN ACRES OF ARABLE LAND.

[PENRICE MSS.]

Omnibus S. e. f. p. et futuris ROGERUS filius WIAUN salutem. Sciatis me c. et d. et h. c. c. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. s. i. p. et p. elemosinam concessione MORGANI domini mei . et KENEWREICH fratris mei decem acras terre arabilis . liberas et quietas ab omni servicio . consuetudine et exactione . proximas x^cem. acris quas eis dedit ROBERTUS frater meus quas et ego hac carta confirmavi. Et hoc totum eis feci pro anima MORGANI domini mei . et anima mea et anima KENEWREICH fratris mei et antecessorum et successorum meorum. Et ego et heredes mei hec omnia eis warantizabimus contra omnes homines. Hiis testibus RESO COH KENEWREIC filio WIAUN ENNIAUN RISID . ESPOS filio GISTEL[ARD] . RICARDO WALEIS et multis aliis.

Endorsed—'Carta Rogeri filii Wiaun de x. acris terre arabilis.'

The Wiaun family were considerable benefactors to Margam; being tenants under the Lords of Aveue their donations required the confirmation of the reigning Lord. A similar donation was made to Neath, and confirmed in 1208 by King John as Chief Lord. LXXXVI.

DCLXXXIII.

GRANT BY ROGER AND KENEWREC, SONS OF WIAN, TO MARGAM, OF TWENTY ACRES OF LAND AND RENTS AT NEWCASTLE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis p. e. f. ROGERUS filius WIAN . et KENEWREC frater ejus salutem.

Sciatis nos consensu MORGANI filii CARADOCI et filiorum ejus concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et e. de MARGAN e. m. i. D. s. in perpetuam elemosinam viginti acras terre que fuit SAIET . quam MORGANUS dedit ROBERTO fratri nostro pro suo servicio et post mortem ipsius nobis. Habendas et tenendas

reddendo annuatim pro omni servicio consuetudine et exactione . tantum duos solidos . ad festum Sancti MICHAELIS . quamdiu ambo vixerimus. Altero vero nostrum moriente . quisquis prius obierit . pro animabus nostris predicta terra monachis quieta imperpetuum remanebit. Concessimus eciam eis in elemosinam pasturam . et aisiamenta terre nostre ubicunque attingere poterint . ita quod nullos alios religiosos infra terram nostram recipiemus . pro animabus nostris et antecessorum nostrorum et successorum nostrorum. Et nos et heredes nostra hec omnia eis warantizabimus inperpetuum. Hiis testibus . MORGANO filio CARADOCI . LEISAN et OWEIN filiis ejus . ALAITHU filio ITHENARDI . RESO COCH . GRIFINO filio CNEITHER . ITHEL filio SAMSONIS . MEURICH BOXACH . et multis aliis.

Three seals in dark red wax.

1. Oval, slightly pointed, 1in. by 1¼in. Device, a sort of rude lily, a seeded fleur-de-lis. Legend—'+ SIGILL' . ROGERI . WIAN.'

2. Ordinary seal of Morgan ap Caradoc as before.

3. 1⅝in. diam. A dexter hand and vested arm, issuing from the sinister, fesswise, grasping a lance-flag. + S . . . . L' : KENE[W]ERC : . . . . [WI]AN.

Endorsed—'Rogeri Wian et Kenewrec fratris ejus de XX. acris pro IJ. solidis annuatim apud Novum Castellum.' And in a later hand—'terra Seyth.'

DCLXXXIV.

GRANT BY CARADOC VERBEIS TO BROTHER MEILER AND THE BRETHREN OF PENDAR, OTHERWISE MARGAM, OF LAND BETWEEN THREE WATERS, FRUTSANANT, CLEUDAC, AND NANTCLOKENIG.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes tam presentes quam posteri quod ego CARADOC VERBEIS dedi Deo et Sancte MARIE et ordini CISTERCIENSI et fratri MEILERO . et fratribus de PENDAR terram meam totam que jacet inter tres aquas . scilicet FRUTSANANT et CLEUDAC et

NANTCLOKENIG in bosco et in plano. qui boscus HLOWENROPERDEIT nominatur. hanc terram totam dedi eis in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari exactione. concedentibus MARGAN et CADUWALAN et MERIEDOC. filiis CARADOCI. de quorum feudo terra illa erat et concedentibus fratribus meis. scilicet JOAF. et GRUNU. et MEURIC. et filio meo. et uxore mea GLADUS. qui omnes abjuraverunt terram predictam cum omnibus parentibus suis. Et si contingerit quod aliquis calumpniatus fuerit terram illam. ego et omnes parentes mei stabimus pro fratribus ad warezizandum (*sic*) eam illis. Pro hac donatione dederunt mihi MEILERUS et fratres de PENDAR. xx^ti. solidos. Hanc etiam pactionem confirmavi sub juramento et sub sigillo domini mei MORGAN filii CARADOCI quia ego sigillum non habui. Hujus rei testes sunt Magister PETRUS de LANDAF et JOAF EDIGHET. et ROGERUS filius ENIAN. et KELIN WENDOT. et JERVERT filius MADOC. et JOHAN LANDAF. MAREDUD filius OWENI. ENIAUUN presbiter de PENTIRECH. PHILIPPUS clericus frater ejus. RIS filius JOAN. ADAM filius MEILERI.

Seal, red wax, 2in. diam. Equestrian type. Legend—' + SIGILLUM MORGANI FILII CRATOCI.'

Endorsed:—' Carta Cradoci Verbeis.'

Vid. Dugd. Monast., II., 206, App. No. 806.

Caradoc Verbeis=Gladus — Joaf — Grunu — Meuric.

The Caradoc whose sons are mentioned was the Lord of the fee.

DCLXXXV.

GRANT BY MORGAN AB CARADOC TO MARGAN OF THE LAND OF PULTIMOR.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis. p. et f. MORGANUS filius CARADOCI salutem.

Sciatis me consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN

e. m. i. D. s. in elemosinam totam terram de PULTIMOR cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis ut habeant et teneant eam . in perpetuum liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari reddendo michi et heredibus meis annuatim ad festum Sancti MICHAELIS dimidiam marcam pro omni servitio. Et ego et LEYSAN filius meus affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus quod hoc totum ego et heredes mei adquietabimus et warentizabimus predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus. Domino HENRICO[1] LANDAVENSI episcopo . HELYA decano de Novo CASTELLO . DAVID PUIGNEL . HERBERTO PALMERO . WALMERO filio JAGO . NICHOLAO GOBIUN . Magistro WALTERO de BERGENEM.

Seal in dark wax, as usual, chipped.

Endorsed—'Carta Morgani filii Caradoci de terra de Pultimor.'

(1) The Bishop is Henry, Prior of Abergavenny. Consecrated ante 1196. ✠ 1219.

DCLXXXVI.

EXEMPLIFICATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, OF AN AGREEMENT BETWEEN MARGAN AND WASTMIHANGEL, RUHATLAN, BRINHELENG, RIGEWARG, AND CRADOC SON OF BLETHER, CONCERNING ELEVEN YEARS' CROPPING OF LAND AT BRADINGTON.

[B. M. HARL. CH. 75 A. 18.] 1199.

H. Dei gratia LANDAVENSIS episcopus et capitulum de LANDAF universis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . salutem.

Noveritis quod hec conventio facta est inter monachos de MARGAN et WASTMIHANGEL super quartam partem terre de BRADINCTUNE et inter eosdem monachos et RUHATLAN BRINHELENG et RIGEWARG super alia quarta parte terre de BRADINCTUNE . et inter eosdem monachos et CRADOC filium BLETHERI super alia quarta parte ejusdem terre de BRADINCTUNE . scilicet quod quando hii omnes

prenominati quitam clamaverunt in elemosinam illam quartam partem terre predicte quam RIEREDUS filius KENAF eis dedit in elemosinam . tunc dimiserunt et ipsi et quitum clamaverunt eisdem monachis quicquid juris clamaverunt in toto residuo predicte terre . scilicet unusquisque portionem suam que illum contingebat ut ipsi monachi habeant et teneant eam sine omni retinemento libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et omni exactione sicut ulla terra liberius teneri potest usque in . XI. annos id est donec plenarie inde perceperint . XI. vestituras ita quod primam percipiat anno ab incarnacione Domini M°. C°. nonogesimo . IX°. Et si contingerit aliquem prenominatorum mori ante predictum terminum perimpletum . concesserunt et dederunt omnes simul totam partem ejus qui obierit predictis monachis in perpetuam elemosinam. Et hoc totum firmiter tenere et warentizare juraverunt ipsi coram nobis et plegios invenerunt . scilicet KRADOC et IUOR filius WORGANI . et MORGANUM et MORADUTH filios KARADOCI . et GRIFIN et CADEWATLAN filios . IUOR . et CNAITHUR JANTEREL et WORU filium ejus . et ADAM filium MEILERI et CRADOC Medicum et RIS filium JOHANNIS et LUELIN filium RIEREDI. His testibus . Magistro MAURICIO . JOHANNE presbitero de KENEFEC . HENRICO de HULLE . NICHOLAO de PENCLAU tunc decano . HELIA tunc decano . NICHOLAO GOBION.

Two seals, imperfect, dark green wax.

1. The Bishop, usual type. . . . . . . I . LAN . . . . . . EPISCOP . . . . Reverse, smaller pointed oval counterseal; an angel with sword. [+ SE]CRET' . HENR' . LANDAV' . EPIS[COP'].

2. First chapter seal; view of the Cathedral from the north. IGIL . . . . LESI . . . .

Endorsed—'Carta IIII^or. Walensium sub sigillo Landavensis episcopi . et ecclesie de compositione terre de Bradetune.'

In Mr. Stephen Williams' work on Strata Florida, see the text and translation of Harleyan Charter 75 A. 11, where the Abbot of Margam (Thomas) is appointed trustee of the Abbey of Strata Florida. 1448.

DCLXXXVII.

CONFIRMATION BY THE SONS OF CARADOC TO MARGAM OF LAND GIVEN BY CARADOC UERBEIS.

[HARL. CH. 75 B. 29.]

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptura pervenerit MARGAN et KADAWALAN et MERIEDOC filii CARADOCI salutem.

Sciat universitas vestra quod ego MARGAN scilicet et fratres mei KADAWALAN et MERIEDOC communi assensu donationem concedimus et confirmamus quam CARADOCUS UERBEIS fecit Deo et Sancte MARIE et ordini CISTERNIENSI et fratri MEILERO et fratribus de PENDAR scilicet totam terram que jacet inter has tres aquas videlicet FRUTSANANT et CLEUDACH et NANTCLOKENIG in plano et in bosco qui boscus dicitur HLOWENROPERDEIT liberam et quietam et ab omnibus secularibus exactionibus inmunem. Hanc terram predictis fratribus a CARADOCO UERBEIS in perpetuam datam elemosinam ut libera inperpetuum maneat et quieta sigilli nostri atestatione sanctimus et confirmamus et ad eam ill[is] warezizandam et manu tenendam contra omnes et ubique si emerserit necessitas posse nostrum prestabimus. Hujus confirmationis testes sunt KADARANT filius ENIAU GRUNU filius REWALAN BLEDIN filius BREAVEL SEISIL filius WEUERIC WILLELMUS filius GURGWENU HLEWARH filius JEWAF MARIEDUD filius GURGAN DUNEWAL filius JEWAN JUSTINUS filius RED'ERTH.

Two massy seals in red wax, two inches diam. chipped. 1. A knight riding to the proper left, the helmet with nasal, shield with spike. Legend—'+ SIGILL. CADW . . . . I . FI . . . . RATOCI.' 2. A knight as above. Legend—'+ S . . . . . . ANI . FILII . . . . . . CI.'

DCLXXXVIII.

TRANSCRIPT FROM GRANT OF KING JOHN TO WILLIAM DE BRAOSE.

[HARL. MSS. 6,068 f. 13.]   3 JUNE.   2 JOHN.   1200.

2 Reg. JOHANNIS.] Sciatis nos dedisse . concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro WILLELMO de BRAOS et heredibus suis omnes terras et tenementa que adquisivit . et que imposterum adquirere poterit super inimicos nostros WALLENSES. Habenda et tenenda de nobis et heredibus nostris in incrementum baronie sue de RADENORURE etc. Salvo eo quod idem WILLELMUS et heredes sui stabunt recti in curia nostra si quis adversus eos loqui voluerit . salvo CARDIGAN cum pertinentiis suis quod ad opus nostrum et heredum nostrorum retinuimus. Testibus H. archiepiscopo CANTUARIENSI . H. SARUM episcopo . WALTERO de LASCYE . WILLELMO BRIWER . etc. Apud CADOMUM . IIJ^o. Junii . anno Regni nostri IJ^do.

GOWER.

Rex JOHANNES dedit WILLELMO de BRAUSA totam terram de GOWER . antecessori WILLELMI de BRAUSA patris WILLELMI de BRAUSA.

DCLXXXIX.

QUIT-CLAIM BY FILIP, PRIEST OF HAVODHALOC, AND JOHN HIS NEPHEW, TO MARGAM, OF THE CHAPEL OF HAVODHALOC.

[PENRICE MSS.]

Notum sit omnibus ad quos presens scriptum pervenerit quod FILIPPUS sacerdos de HAVODHALOC et JOHANNES nepos ejus quitum clamaverunt domui de MARGAN in perpetuum omne jus quod habuerunt in capella de HAVODHALOC absque ullo retinemento in presentia NICHOLAI thesaurario LANDAVENSIS ecclesie . IVORI

canonici . ADAM sacerdotis . ROBERTI SAMSONIS . et aliorum multorum quorum hic sigilla dependent. Valete.

Two seals, both gone.

Endorsed—'Hefdhaloc,' and 'Abjuratio Ph. sacerdotis . et J. nepotis ejus de capella de Havedhalanc.'

DCXC.

GRANT BY MORGAN, SON OF CARADOC, AND LEISAN AND OWEN HIS SONS, TO MARGAN OF LAND NEAR PULTSCATHAN.

[PENRICE MSS.] POST MICHAELMAS, 1200.

Universis Sancte ecclesie filiis p. e. f. MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse m. de MARGAN consilio et consensu filiorum meorum LEISAN videlicet et OENI et reliquorum . terram que incipit á P[U]LTSCATHAN et vadit per fossam aquariam usque ad fossam SAUAN . et inde usque ad fossam CRADOCI . et inde per aliam fossam usque ad terram . YEVAN filii TATHEREC . et inde ad viam MARCUTH . et inde ad alnetum sub monte . et inde revertitur per fossam quam monachi fecerunt per alnetum usque P[U]LTSCHETAN omnem hanc terram et quicquid includitur inter has metas concessi et dedi ego MORGANUS predictis monachis in perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servicio seculari et exaccione et consuetudine reddendo michi et heredibus meis . v. solidos ad festum Sancti MICHAELIS singulis annis pro omni servicio. Et sciendum quod concessi predictis monachis liberum ingressum et egressum ad percipiendas omnes commoditates quas habere . poterint de prefata terra et ut faciant de terra ipsa quicquid voluerint. Notandum etiam quod ego MORGANUS . pre manibus accepi . x. libras et sexdecim denarios ab ipsos monachis de redditu predicte terre anno illo quo hec carta facta fuit . scilicet anno ab incarnatione Domini M^o^. CC^o^. post festum Sancti MICHAELIS ejusdem anni. Set et super sanctuaria ecclesie juravi quod ego et

heredes mei prefatam donationem predictis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus KENEWREC presbitero de LANGAUELAC . CUELIN ARCHER . YORVERD filio HOELI GRIFFINO DU . ITHENARD filio GRIFFINI . MORGANO filio GRIFFINI . WRUNU filio MANOICII . WIN filio GESURRI . HERBERTO filio PALMARI . ITHEL filio HELIE.

Seal, Morgan ap Caradoc, as usual; dark green wax.

Endorsed—'Carta Morgani secunda continens primam donationem ejusdem . et donationem Leysan . cum additamento in Marisco de Avene'; and in a later hand, '1200 . karadoci . de terra sub alneto . v^{a}.'

DCXCI.

AGREEMENT BETWEEN WILLIAM DE BARRI AND JOHN DE LA MARA RESPECTING RENTS IN THE FEE OF WALTER'S-TOWN IN GOWER.

[PENRICE MSS.] BEFORE EASTER 1201.

Hec est conventio facta inter WILLELMUM de BARRI . et JOHANNEM de la MARA quod predictus WILLELMUS . prenominato JOHANNI pro XV. marcis quas debuit illi pro relaxatione juris quod peciit in feudo de villa WALTERI in GUER concessit ut per spacium VIIJ$^{to.}$ annorum percipiat integre redditus prenominati feudi de villa WALTERI . videlicet . XXX$^{ta.}$ solidos annuatim á monachis de NET persolvendos. Ita quod predictus WILLELMUS post primos IIIJ$^{or.}$ annos si memorato JOHANNI VIJ. marcas et dimidiam persolvere voluerit . decetero predictum feudum liberum et quietum á jam dicto JOHANNE et heredibus suis recipiat. Sin autem . idem JOHANNES idem feudum usque ad terminum prenotatum VIIJ$^{to.}$ annorum tenens annuos ejusdem feudi redditus percipiet . et deinceps idem feudum predicto WILLELMO et heredibus suis libere et quiete remittet. Et quicquid de predictis WILLELMO et JOHANNE infra terminum prenotatum contigerit . heredes eorundem inter se mutuo prescriptam conventionem firmiter et fideliter observabunt. Hec conventio fide mediante hinc inde

confirmata est. Anno ab incarnatione Domini M°· CCJ°· eodem anno quo LINGONENSIS episcopus defunctus est qui frater erat ordinis CARTUSIENSIS. A proximo Pasca usque ad terminum prefixum duratura. His testibus . WILLELMO LOND' . PHILIPPO de MARCROS . WILLELMO de CANTOLO . WILLELMO PINCERNA . JOHANNE de PENRIS . MAURITIO de HENLEIS . TOMA BLANCAGNEL . WILLELMO converso . JOHANNE MANSEL . JOHANNE TRUS . TOMA filio ALBINI . SAMSONE et fratre suo WALTERO . VRSO . ROBERTO VNRED . Domino . A. abbate de NETH . OSBERTO Archidiacono . CLEMENTE priore de NETH . TOMA Secretario . WILLELMO presbitero de Sancto DONATO . et aliis multis.

Indented along the top with CIROGRAPHUM, cut through.

Endorsed—'Cirographum inter W. de Barri et J. de la Mare.'

J. de la Mare gave to Neth, land, once the possession of Osmund Gros, which his mother held in dower. Another John, and William de la Mare, witnessed a Gower Charter in 1318.

William de Barri gave 80 acres to Neth of his fee in Gower. Both were confirmed by King John in 1208. (Vol. I., 254).

DCXCII.

GRANT BY WILLIAM GILLEMICH TO MARGAM OF LAND IN KENFIG.

[PENRICE MSS.]

[Universis Sancte matris eccles]ie filiis qui presentem inspexerint cartam WILLELMUS GILLEMICH' salutem.

Notum facio universitati vestre . . . . senti carta mea confirmasse Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN . consensu et concessione conjugis . . . . . parentum meorum et amicorum . VIIJ°· acras terre mee que est in territorio de KENEFEG liberas et quietas ab omni [servitio et] seculari exactione in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum . que videlicet . . . . e divisis terre MEHI ad orientem . et incipiunt a magna via ad septentrionem que vadit de loco qui fuit . . . . versus KENEFEG et tendunt sursum ad austrum. Has igitur VIII°· acras sicut ibidem sunt mensurate et suis finibus . . . . . . monachis in sempiternum concedo. Et juramentum

etiam tam ego quam filius meus et parentis eis prestitimus . quod nunquam per . . . . [mo]lestiam propter hanc meam donacionem sustinebunt. Et quod contra omnes homines hanc terram eis warantizabimus. Et si aliquod [clam]iu[m] inde aliquando fuerit requisitum. Ego et heredes mei illud debemus de reliqua terra adquietare. Hiis testibus. WILLELMO cellarario [et] WILLELMO portario de MARGAN . GODEFRIDO Monacho . WALAWET filio WILLELMI . JOVORO fratre ejus . RETHERED fratre ejusdem . CNITLIM RETHERECH et RIGERED filiis suis . SEISILLO filio CNITLIN . ANGARAT uxore WILLELMI . WEIRVÌLL' filia ejusdem . ROBERTO PULMOR converso . PHILIPPO WESTE et RADULPHO fratre ejus et aliis pluribus.

Endorsed—'Carta Willelmi Gillemich de VIIJ. acris.'

DCXCIII.

GRANT BY WALAUETH, SON OF WILLIAM GILLEMICH, TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . WALAUETH filius WILLELMI GILLEMICH' salutem.

Sciatis me consilio et consensu fratrum . parentum . et amicorum meorum dedisse et concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam terram que fuit patris mei WILLELMI GILLEMICH' in territorio de KENEFEG cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis in pratis pasturis et in omnibus aliis rebus in puram et perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et si aliquod servicium ad coquinam comitis . vel ad aliud aliquid requiritur aliquando de predicta terra. Ego et heredes mei illud omnino adquietabimus de terra nostra de KETLIALANWIR. Et contra omnes homines tam

propinquos nostros quam extraneos prefatis monachis . hanc donacionem nostram warrantizaþimus imperpetuum. Et hec omnia me facturam et sine ullo dolo servaturam affidavi . et super Sanctuaria prenominete Ecclesie juravi et plegios inveni. Scilicet ALAITHU filio YTHENARD . et GRIFFINUM filium CNAITH . et GAUFRIDUM filium CNAITHU. Hiis testibus . ITHEL et RIERETH filiis RIWIL . RESO COH . ENION et TUDOR filiis RIERID . RUATHLAN filio ROBERTI ab ENNIAUN.

Endorsed—'Carta ejusdem de tota terre patris sui.'

DCXCIV.

GRANT BY WALAVETH, SON OF WILLIAM GILLEMICHEL, TO MARGAM ABBEY, OF LAND OF HIS FREE TENEMENT AT KENEFIG.

[PENRICE MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis qui presentem kartam inspexerint WALAVECH filius WILLELMI GILLEMICH[EL] salutem.

Notum facimus universitati vestre nos dedisse . et concessisse . et presenti karta nostra confirmasse Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN consilio et consensu fratrum meorum et amicorum et parentum VIIJ^to. acras terre de libero tenemento meo . in perpetuam et puram elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione in perpetuum quarum videlicet acrarum VJ. et dimidia jacent juxta illas VIIJ^to. acras quas pater meus WILLELMUS illis contulit in elemosinam. Incipientes scilicet a magna via que vadit ad locum qui dicitur villa STURMI á KENEFEC . ad austrum ejusdem vie . tendentes sursum a via illa quantum extenditur terra arabilis in longitudinem . et in latitudinem . á divisis que fixe sunt ad orientalem partem . usque ad divisas VIIJ^to. acrarum predictarum quas pater meus monachis dedit . mea et fratrum meorum concessione. Porro acra et dimidia jacent ad australe capud earundem VIIJ^to. acrarum ut divise indicant ibi posite. Et si quod servitium aliquando forte fuerit requisitum de hac terra . ego et heredes mei illud adquietabimus ex integro . et contra omnes

homines tam propinquos nostros quam extraneos monachis prefatis hanc donationem nostram warentizabimus. Et hec omnia me facturum et fideliter observaturum fide et sacramento firmavi. Porro monachi mee magne necessitati compacientes . xx. solidos karitative dederunt michi ad me adquietandum versus dominum Regem et justicias ejus. His testibus . Willelmo cellarario . et Willelmo de Bedintun' monachis de Margan . Fratre Godwino magistro . et Ricardo conversis . Ernaldo constabulario de Kenefec . Anarautt filio Keneithur ab Herebert . Gestalardo . Retherech filio Cnithin . Chedic filius (*sic*) Mehi . Angarat matre mea . Godefrido monachis de Margan . Walterus de Sande . Thoma filio Gervasii . et aliis pluribus.

Seal dark wax, 2⅛in. diam. Seems to resemble two fir cones, indented towards the chief point; below them a bow and arrow.

Legend—'+ sigill' . walavet . gillemichel.' The letters underlined are placed in the field beneath the bow and arrow.

DCXCV.

QUIT-CLAIM BY KETHEREC AND YVOR GILLEMIHEL TO MARGAM OF THEIR FATHER'S GRANT.

[Penrice MSS.]

Universis Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Ketherec et Yvor filii Willelmi Gillemichel . salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos consilio et assensu amicorum nostrorum quitum clamavimus et abjuravimus et hac presenti carta confirmavimus Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus . totum clamium quod habuimus in terra Willelmi Gillemichel . et totum jus quod dicebamus nos habere in eadem terra . et in omnibus aliis terris . et in omnibus aliis possessionibus ad dictam domum pertinentibus ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus

nostris . qui sunt . et qui futuri sunt et omnibus successoribus nostris imperpetuum sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et nos et heredes nostri warantizabimus dictis monachis dictam quietam clamationem contra omnes mortales in perpetuum. Hiis testibus. Jhoruard ab Espus . Reso Choc . Reso clerico de Langunit . Ricardo clerico de Kenefeg . Willelmo Franckelein . Willelmo Cole . et multis aliis.

Two seals, in dark green wax. 1. An inch in diam.; a sicfoil, and radiating point, six trefoils, much chipped. Legend—'+ s'. k . . . . filii : gillemihel.' 2. The same diam.; a compound crosslike device, of cinquefoils and trefoils. Legend—'+ s' yvor . filii . gillemihel.'

Endorsed—'Carta Kethereo et Yvor de terra Gillemichel patris eorum.'

DCXCVI.

AGREEMENT BY CIROGRAPH BETWEEN MARGAM AND DAVID, SON OF HERBERT SCURLAGE, CONCERNING THE FEE OF LANGEWI.

[Penrice MSS.] 1202.

Sciant omnes quod hec est conventio que facta est inter abbatem monachosque de Margan et David filium Herberti Scurlage de feudo de Langewi et de totis pertinentiis suis . scilicet quod ego David filius Herberti Scurlage concessi et dedi et hoc scripto confirmavi Deo et ecclesie Sancte Marie de Margam et monachis que i. D. serviunt totam feudum de Langewi cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis in elemosinam tam illam partem quam habuerunt ante me de patre meo et de antecessoribus meis in puram elemosinam . quam totum residuum ipsius feudi. Totam hanc terram concessi et dedi ego David Scurlage predictis monachis in elemosinam cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis sine ullo retinemento reddendo michi et heredibus meis annuatim ex illa parte quam habent ex proprio dono meo ad festum Sancti Michaelis . iij.

marcas argenti pro omni servitio salvo servitio domini comitis . quod monachi facient. De quibus IIJ. marcis concessi WALTERO LUVEL et heredibus suis. v. solidos reddendos annuatim ad festum Sancti MICHAELIS per manus monachorum et xxx. et v. solidos michi et heredibus meis ad predictum terminum. Et ego et heredes mei warantizabimus ipsis monachis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Et pro hac concessione mea . dederunt michi predicti monachi equum . J. centum solidorum et XXJ. marcas de redditu meo premanibus. scilicet redditus . VIJ. annorum quos cessi premanibus anno ab incarnatione Domini . M°. CC°. IJ. et XL. marcas NICHOLAO PUINZ pro me ad finalem pacem faciendum de clamio quod clamavit adversum me in curia domini Regis de feudo de LANGEWI . et eidem NICHOLAO pro me equum . J. trium marcarum . et WALTERO LUVEL equum . J. duarum marcarum. Hiis testibus domino HENRICO LANDAVENSI episcopo . HAMUNDO de VALONIIS tunc ballivo de GLAMORGANCIE . RADULFO de SUMERI . HENRICO de UMFRAMVIL' . PHILIPPO de MARCROS . PAGANO de TURBURVILE . WALTERO de SUL' . WILLELMO MARTEL . ROGERO de WINTONIA . JOHANNE de la MARE . RICARDO FLANDRENSI . WILLELMO SOR . GILLEBERTO de TURBURVIL' . RADULFO MAILOC.

Seal lost.

Endorsed—'Donatio de feodo de Langewi. David Scurlag.'

DCXCVII.

CONFIRMATION AND GRANT BY DAVID SCURLAGE TO MARGAM OF THE WHOLE FEE OF LLANGEWI.

[PENRICE MSS.] PROBABLY 1202.

Omnibus S. e. f. p. et f. DAVID SCURLAGE salutem.

Sciatis quod ego concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie S. M. de MARGAN et m. qui i. D. serviunt in perpetuam elemosinam totam feudum de LANGEWI scilicet tam illam partem feudi illius quam . pater meus et antecessores

mei ante dederunt eis in elemosinam quam totum residuum quod ego ex proprio dono meo dedi eis in elemosinam . ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari reddendo tamen mihi et heredibus meis pro illa parte feudi quam habent ex proprio dono meo annuatim ad festum Sancte MICHAELIS solummodo . xxx. et v. solidos et WALTERO LUVEL et heredibus suis . v. solidos ad eundem terminum. Et per tantum quieti erunt ab omni servitio quod ad me . pertinet . vel ad heredes meos . salvo tamen servitio domini comitis. Et sciendum quod ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus. Domino HENRICO LANDAVENSI episcopo . HAMUNDO de VALONIIS tunc ballivo de GLAMORGAN . RADULPHO de SUMERY . HENRICO de UMFRAUNVILL . PHILIPPO de MARCROS . PAGANO de TURBURVIL' . WALTERO de SUL[LIA] . WILLELMO MARTEL . ROGERO de WINTONIA . JOHANNE de la MARE . RICARDO FLANDRENSI . WILLELMO FLANDRENSI . WILLELMO SOR . GILEBERTO de TURBURVIL' . RADULFO MAILOC.

Seal in dark green wax, 1¼in. diam. Device, a star of eight points, each capped with a lump, which may be a bunch of flowers. Legend—'+ SIGILL'. DAVID . SCURLAG.'

Endorsed—'David Scurlag, inter 1183—1219.'

DCXCVIII.

GRANT BY NICHOLAS PUINZ TO MARGAM OF LAND IN THE FEE OF LLANGEWI.

[PENRICE MSS.] 1196—1218.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. NICHOLAUS PUINZ salutem.

Sciatis quod ego pro animabus antecessorum meorum . et pro anima domini mei . WILLELMI comitis concessi et dedi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancte M. de MARGAM et monachis qui ibidem Deo serviunt in puram et

perpetuam elemosinam totum jus meum quod clamavi adversus David Scurlag in feudo de Langewi . quietum in perpetuum pro me et heredibus meis sine ullo retinemento michi vel heredibus meis. Salvo servitio domini comitis. Et ut hec donatio mea rata et inconcussa permaneat in eternum . idem jus meum in prenominato feudo de Langewi in pleno comitatu de Kaerdif pro me et heredibus meis quiete absque ullo retinemento salvo servitio domini comitis . resignavi et sigilli mei attestatione confirmavi tam monachis quam David et heredibus ejus. His testibus Domino Henrico Landavensi episcopo . Hamundo de Val' . tunc Baillivo de Glamorgancie . Radulfo de Sumeri . Henrico de Umfraunvil' . Philippo de Marcros . Pagano de Turbervil' . Waltero de Sul . Willelmo Martel . Rogero de Wintonia . Johanne de la Mare . Ricardo Flandrensi . Willelmo Flandrensi . Willelmo Sor . Gilleberto de Turbervil' . Radulfo Mailoc.

Seal in dark green wax, 1⅝in. diam. Device, a dexter arm, from the sinister side, grasping a flowering lily. Legend—' + SIGILLUM NICHOLAI PONTII.'

Endorsed—' Nich : Puinz.'

DCXCIX.

GRANT BY DAVID SCURLAG TO MARGAM OF THE CHURCH OF LANGEWI.

[Penrice MSS.]

Carta David Scurlag de eodem.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego . David . Scurlag filius H. Scurlag . dedi et hac carta confirmavi . . . . [conven]tui de Margan in perpetuam elemosinam omne jus . . . . . donationis quod habui in ecclesia de Langewi . pro [animabus] patris mei et matris mee . et antecessorum et successorum meorum in perpetuum. Testibus.

DCC.

HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, CERTIFIES TO THE MAJORITY OF DAVID SCURLAG.

[PENRICE MSS.] 1196—1218.

H. Dei gracia LANDAVENSIS episcopus dilecto in CHRISTO filio domino G. de CLARE illustri comiti de GLOUCESTRIA et de HEORTFORDIA salutem et benedictionem.

Noverit excellencia vestra quod DAVID SCURLAG' fuit plenarie etatis et de terra sua seisiatus tempore quo convenciones facte fuerunt inter ipsum et domum de MARGAN de terra quam habuit in feudo de LANGHEWI et quod bene ante illud tempus recognita fuit etas sua eidem DAVID in curia de CAIRD' scilicet quando dirationavit predictam terram contra REIMUNDUM fratrem suum bastardum in comitatu de CARD'. Et per judicium ejusdem curie seisiatus fuit. Et bene scimus quod predicte conventiones inter eundem DAVID et domum de MORGAN in presentia nostra coram curia de CAIRD' in pleno comitatu facte rationabiles sunt. Valete.

Three labels are cut from the parchment, but the seals are lost.

The only H. in the list of Bishops between 1108 and 1866 was Henry of Abergavenny, who, therefore, must be the Bishop of the present Charter, who held the see from a little before 1196 to November, 1218; but G., or Gilbert de Clare, the first Earl of Gloucester and Hereford, bore those titles from 1226 to 1230, so that he was not contemporary with the Bishop, neither was his grandson, the second Gilbert, who held the titles from 1262 to 1295. David Scurlage, however, made a grant to Margam, given above in 1202, which was included in King John's confirmation of 1205, before which year he must have been of age, and the grant confirmed was his fee of Langwy or Langewi.

DCCI.

CONFIRMATION BY DAVID SCURLAGE TO MARGAM OF THE LAND OF PENVAIN [? PENVEY] WHICH THE ABBEY HELD OF WALTER LUUEL FOR FIVE SHILLINGS.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes p. et f. quod ego DAVID SCURLAGE . concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie B. M. de MARGAN . et m. i. D. s. pro salute anime mee

et antecessorum meorum terram illam de PENUAIN . quam prenominati monachi tenent de WALTERO LUUEL et heredibus suis reddendo eis annuatim quinque solidos pro omni servicio. Quam scilicet terram predictus WALTERUS LUUEL recepit in maritagium cum uxore sua sorore mea. Hiis testibus WILLELMO de ACRA tunc vicecomite de GLAMORGAN . magistro RADULPHO MAYLOC . WALTERO LUUEL . ROBERTO SAMPSONE . STEPHANO clerico de KENEFEG' . RICARDO filio suo . WASMERO . THOMA ALBO . WILLELMO LUUEL . et multis aliis.

Seal in dark green wax, slightly pointed oval, 1⅛in. by 1⅞in. Impression of an antique oval gem, *en cabochon:* a winged eros, holding a chaplet.

'+ SIGILL' . DD. . SCURLAG.'

Endorsed—'Confirmatio Dd. Scurlag' de c. acris quas tenemus de W. Lufel.'

DCCII.

GRANT BY WALTER LUVEL TO MARGAM OF LAND CALLED PENVEI IN LANGEWI, AT A RENT OF FIVE SHILLINGS YEARLY.

[PENRICE MSS.] 1202.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. WALTERUS LUVEL salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte M. de MARGAN et m. q. i. D. serviunt in elemosinam totam terram meam in feudo de LANGEWI . scilicet c. acras quas cepi cum uxore mea in matrimonium et teneo de DAVID SCURLAGE et heredibus ejus et de qua terra deveni homo DAVID SCURLAG . totam terram illam cum omnibus pertinentiis suis concessi et dedi ego WALTERUS LUVEL predictis monachis in elemosinam concessione domini mei DAVID SCURLAGE ut habeant et teneant eam de me et de heredibus meis in perpetuum liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari preter solummodo v. solidos quos reddent michi et heredibus meis predicti monachi annuatim ad festum Sancti MICHAELIS pro predicta terra que PENVEI nominatur. Et ego . et heredes mei warantizabimus predictis

monachis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod accepi pre manibus a predictis monachis redditus VII. annorum scilicet XXXV. solidos anno ab incarnatione Domini M°· CC°· IJ°· Hiis testibus PHILIPPO de MARCROS . HAMELINO de TORINTEIN' . JOHANNE de la MARK . DAVID SCURLAGE . THOMA SCURLAGE . ROGERO BURNEL.

Seal, dark wax, 1⅝in. diam. Device, a little wolf, or 'lupellus,' as a rebus on the owner's name, passant, contourné. Legend—'+ SIGILLUM : WALTERI : LWEL.'

Endorsed, in a late handwriting—'Donatio Walteri Luvel centum acrarum in Llangewyth.'

Walter Luvel was an active officer in the Lordship. In the Pope Roll of 31 Henry II., 1184-5, he is allowed 40s. for half-a-year's custody of the New-Castle, and is one of those charged with the care of other castles; and John, Earl of Moreton, and as Lord of Glamorgan, granted him ten solidates of land in Kenfeg, and confirmed the grant when King in 1207. In 1249, as a member of the Comitatus, he joined in the decision as to the diverting of the course of the river Nedd. (Vol. I., 21, 27, 29, 54, 95.)

DCCIII.

LEASE BY ROGER GRAMUS TO MARGAM OF LAND BETWEEN KENEFEG AND GOILACHE.

[HARL. CH. 75 C. 3.] 1202.

Sciant omnes et presentes et futuri quod ego ROGERUS GRAMMUS consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum et amicorum meorum concessi et dimisi domui de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam illam partem terre mee que jacet inter KENEFEG et GOILACHE ad firmam in x. annos quorum primus cepit a natali anni ab incarnatione Domini MCCII. donec plenarie et integre receperint inde x. vestituras pro x. marcis quas omnes pre manibus accepi pro quibus ego et heredes mei warantizabimus et acquietabimus prefatis monachis predictam terram usque ad terminum perimpletum contra omnes homines ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et exactione sicut eam liberius tenere possem si esset in manu mea. Et post predictum terminum perimpletum nullis aliis hominibus dimittam predictam

terram nisi prefatis monachis sub eodem pacto et sub eodem precio sub quo prius eam habuerunt. Et sciendum quod affidavi in manu OSMERI me hoc totum servare sine omni dolo et sine omni malo ingenio. Teste THOMA capellano de KENEFEG WALTERO LUUEL OSMERO WASMERO DAVID filio HELIE ROGERO filio RADULFI et ROBERTO fratre ejus WALTERO de SABULO THOMA filio RICARDI ATHELWOLD GAUFRIDO filio OSMERI WALTERO molend[inario] WALTERO WITBRED WILLELMO de CORNELI.

Seal in brown wax, 1½in. diam. Device, a bow and arrow. Legend—'+ SIGILL' : ROGERI : GRAMMUS.'

DCCIV.

GRANT BY ROGER GRAMUS TO MARGAM OF LAND NEAR GOYLAKE WITH A RESERVED RENT.

[PENRICE MSS.] 1203.

Omnibus S. e. f. p. et f. ROGERUS GRAMMUS salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum atque amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo e. S. M. de M. et monachis D. i. s. in puram et perpetuam elemosinam reddendo mihi et heredibus meis annuatim dimidiam marcam argenti. Medietatem scilicet ad festum Sancti MICHAELIS et medietatem ad Pascha . pro omni servicio seculari consuetudine et exactione totam terram a magno lapide . qui jacet in directum versus COHI LAKE ex estparte et ex sudparte magne vie que vadit versus Castellum KIBUR . in feudofirmam habendam et tenendam de me et heredibus meis imperpetuum. Et ego et heredes mei totam hanc terram warantizabimus predictis monachis contra omnes homines. Et si quod servicium domini Regis vel aliquod aliud inde requisitum fuerit . ego et heredes mei illud de reliquo tenemento adquietabimus. Ita ut monachi ex toto quieti sint inperpetuum. Et sciendum quod ego accepi pre manibus redditum x^cem. annorum anno ab incarnatione Domini M^o. CC^o. IIJ^o. His testibus . magistro MAURICIO .

Waltero Luvel . Ernaldo constabulario de Kenefeg . Willelmo de Corneli . Stephano clerico . Willelmo Cole . Clemente filio magistri Mauricii . Willelmo de Marecros.

Endorsed—'Carta ejusdem de terra sua ad firmam.'

DCCV.

GRANT BY ROGER AND THOMAS GRAMMUS, HIS HEIR, TO MARGAN, OF LAND HELD OF THEM BY HUGH GRAMMUS.

[Harl. Ch. 75 C. 6.]

Universis[1] Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Rogerus Grammus et Thomas Grammus heres ejus eternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra nos pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus tres acras terre et dimidiam arabiles. Illas videlicet acras quas Hugo Grammus . de nobis tenuit et domui de Margan pro salute anime sue dedit et carta sua confirmavit . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere et quiete bene et in pace imperpetuum reddendo inde nobis et heredibus nostris duos denarios et obolum ad pascha . et domui Sancti Johannis Jerosolimitani unum denarium in prima dominica quadragesime pro omni servicio et seculari demanda. In hujus rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Waltero Luuel . Willelmo de Corneli . Willelmo filio Alexandri de Kenefeg . Ricardo clerico . Willelmo Cole . Willelmo Frankeleyn . et multis aliis.

Endorsed—'Carta Rogeri Gramus et Thome heredis ejus de tribus acris et dimidia quas nobis concesserunt.'

Seals as in 75 C. 5, but imperfect.

(1) Very fine ornamental handwriting.

DCCVI.

CONFIRMATION BY ESPUS, SON OF CARADOC DU, TO MARGAM, OF HIS PATERNAL UNCLE'S GRANT IN PEITIVIN LAND, AND OF THE LAND RECOVERED FROM HIS UNCLE'S DAUGHTER.

[PENRICE MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis qui presentem cartam inspexerint. ESPUS filius CARADOCI salutem.

Notum facio universitati vestre me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN donacionem xx^ti. acrarum in terra PEITIUIN quas KETHERIC patruus meus eisdem monachis in elemosinam dedit. Ad has autem xx^ti. acras de terra mea quas per finalem concordiam de THATERECH filia predicti KETHERIC recuperavi VII^tem. acras prefatis monachis in puram et perpetu[am] elemosinam dedi tenendas et habendas libere et quiete ab omni servicio et seculari exactione. Que videlicet VIJ^tem. prefa[tis] xx^ti. acris proxime sunt et conjuncte ad australem plagam. His testibus. WILLELMO de LICHESFLET. WILLELMO de REG[NI] atque HELIA monachis. GODWINO. RICARDO. GOCELINO. conversis de MARGAN. GRIFFINO filio CNAITHURI. RICHEREDO filio RIWEL. RIHEREDO fratre illius.

Endorsed—'Carta Espus filii Caradoci Du.'

DCCVII.

CONFIRMATION BY ESPUS, SON OF CARADOC DU, TO MARGAM, OF HIS UNCLE'S PEITIVIN LAND IN KENFIG AND THAT OF HIS FATHER IN CORNELY.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris. ESPUS filius CRADOCI DU. salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse . et hac carta confirmasse consilio et consensu parentum et amicorum meorum Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam partem meam terre PEITEUIN que fuit KETHERICI patrui mei et totam terram meam de CORNELI que fuit CARODOCI DU patris mei cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam pro anima mea et patris et matris mee et omnium parentum meorum ut eam habeant et teneant libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius teneri potest . Reddendo solummodo heredibus meis post decessum meum duo calcaria vel sex denarios singulis annis ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio. Et hec omnia feci eis quando corpus meum prefate ecclesie delegavi . ut cum mortuus fuero ibidem sepeliatur. Et sciendum quod ego ESPUS filius CARADOCI DU . et heredes mei affidavimus et super sanctuaria ecclesie de MARGAN juravimus quod hanc donacionem prefatis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. His testibus . URIA filio WEIR . ESPUS et GERUASIO filiis GISTELET . MADAROD filio CHANAN . WILLELMO de LICHESFELD . HENRICO de CARDIF monachis de MARGAN et CNAITHURO converso.

Endorsed—'Carta ejusdem de terra Peitevin.'

DCCVIII.

GRANT BY ESPUS, SON OF CARADOC DU, OF THE WHOLE OF HIS PEITEVIN LAND IN KENFIG, AND OTHER LAND UNDER CERTAIN CONTINGENCIES.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ESPUS filius CARADOCI DU. salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam terram

meam quam habui de feudo Peiteuin in territorio de Kenefeg in elemosinam liberam et quietam ab omni seculari consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest . reddendo annuatim mihi et heredibus meis imperpetuum solummodo dimidiam marcam pro omni servicio. Et sciendum quod in inicio hujus donacionis accepi pre manibus firmam vi. annorum scilicet iii^es. marcas . unde ipsi monachi quieti sunt usque ad tantum terminum perimpletum. Et sciendum quod si contigerit me mori antequam heredem habeam de uxore mea filia Resi filii Jowan . totam predictam terram illis dedi in elemosinam puram et quietam ab omni servitio. Si vero contigerit me habere heredem post mortem meam dedi eis xii^cim. acras simul cum corpore meo in puram elemosinam et duos solidos clamavi solidos quietos quos accipere solebam de predicta firma. Et hec omnia firmiter tenenda et warantizanda imperpetuum affidavi. Et super sacra juravi . et plegios inveni . scilicet . Resum Coh . et fratres eius . Ithellum filium Riwel et fratres ejus . Galfridum filium Cnaithuri Du et fratres ejus.

Endorsed—'Item carta ejusdem de terra Peitevin.'

DCCIX.

GRANT BY RES COH TO MARGAN OF LAND AT CORNELI.

[Penrice MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Resus Coh . salutem.

Sciatis me consilio et consensu fratrum et parentum meorum concessisse et dedisse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes quas Espus filius Caradoci Du avunculus meus predictis monachis fecit. Scilicet totam partem suam terre Peiteuin que fuit Ketherici patrui sui et totam terram suam de Corneli que fuit Caradoci Du patris sui cum omnibus aisiamentis et pertinenciis suis ut habeant et teneant eas in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni

servicio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest . sicut carta Espus testatur . et sciendum quod super sanctuaria ecclesie de Margan ego et fratres mei juravimus ad warantizandas prefatis monachis predictas donaciones contra omnes homines in perpetuum. His testibus Ernaldo constabulario de Kenefeg . Stephano clerico Ricardo de Dunester . Osmero Cuuian . Madoc filio Cnaithuri et Griffino fratre suo . Kenewreic filio Hereberti . Espus et Joreuuort filiis Gistelard . . . . . Retherech filiis Riwel.

Endorsed—'Carta Resi Coh de donationibus Espus.'

DCCX.

QUIT-CLAIM BY CADI[V]OR, SON OF RADULPH, TO MARGAM, OF HIS RIGHTS ON KEVENMAHHAJ.

Omnibus s. e. f. p. et f. Cadivor filius Radulfi salutem.

Sciatis me dedisse et [hac] carta confirmasse Deo et ecclesie S. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam quicquid juris unquam plenius habui vel habere clamavi in Kevenmahhaj inter aquam de Vgkemor et aquam de Garwe usque ad illud quo aque . conveniunt sine aliquo retinemento. Habendum et tenendum de me et heredibus meis libere . quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri imperpetuum. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes homines warantizabimus sicut elemosinam nostram . et ut hec donatio rata et inviolabilis perseveret . juramento et sigillo et testibus eam confirmavi. Hi[is] testibus . Willelmo de Lichefeld . Henrico de Kairdif . Willelmo de Bristollia monachis de Margan . fratre Ri[cardo] tunc portario . fratre Justino fratre Knaithur conversis de Margan . Morgano filio Kradoci . David Piu[nel].

Endorsed—'Concessio Cadivor filii Radulfi.'

DCCXI.

QUIT-CLAIM BY KENELWRECH, SON OF RADULPH, TO AND OF THE SAME.

Omnibus S. e. f. p. et f. Kenewrech filius Radulfi salutem.

Sciatis me dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie S. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam quicquid juris unquam plenius habui vel habere clamavi in Kevenmahhaj inter aquam de Vgkemor et aquam de Garwe usque ad illud quo aque conveniunt sine aliquo retinemento . habendum et tenendum de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice . sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri imperpetuum. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes homines warantizabimus sicut elemosinam nostram. Et ut hec donacio rata et inviolabilis perseveret juramento et sigillo et testibus eam confirmavi. Hiis testibus . Willelmo de Lichefeld . Henrico de Kairdif . Willelmo de Bristollia monachis de Margan . fratre Ricardo tunc portario . fratre Justino . fratre Knaithur conversis de Margan . Morgano filio Kradoci . David Puignal.

Endorsed—'Concessio Kenewrech filii Radulfi.'

DCCXII.

GRANT BY RES COH AND HIS BRETHREN OF THEIR LAND IN KEVENMAHHAJ TO MARGAM.

Omnibus S. e. f. p. et f. Resus Coh salutem.

Sciatis quod ego et fratres mei scilicet Rogerus et Kradocus et Ythenard . Ketherech et Wrunu concessimus et dedimus et hac carta nostra confirmavimus Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis qui ibidem Deo serviunt in elemosinam totam terram nostram in Kevenmahhaj . scilicet quicquid unquam habuimus inter aquam de Garwe et aquam de Vgkemor in bosco et plano cum omnibus libertatibus et aisiamentis et pertinentiis suis ad habendum et tenendum libere et quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius haberi potest et

teneri imperpetuum. Et nos omnes juravimus super sacrosancta quod predictis monachis predictam terram warentizabimus contra o. h. imperpetuum . sicut elemosinam nostram. Hiis testibus . Griffino filio Knaithur . Anaraud fratre ejus . Ythel filio Rul . Eneaun filio Bired . Knaithur filio Maderod . Gaufrido filio Knaithur . Meuric filio Loarch . Iwrain filio Wair . Goithel fratre ejus . Madoc filio Knaithur.

Endorsed—'Carta Resi Coh et fratrum suorum scilicet Rogeri . Kradoci . Ythenard . Ketherech et Wronu.'

DCCXIII.

GRANT BY RES COH TO MARGAM OF A MOIETY OF KETHEREC'S LAND IN NEWCASTLE.

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit . Resus Coh salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et h. c. conf. D. et e. S. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest in perpetuum concessione Morgani filii Cradoci . et parentum et amicorum meorum . medietatem terre que fuit Ketherech in territorio de Novo Castello . que me ex hereditate contingit . quam habui ex dono predicti Morgani domini mei. Et ego et heredes mei eis predictam terram warantizabimus contra omnes homines imperpetuum. Et servicium quod debetur Morgano faciemus scilicet custodiam hominum de Novo Castello in bosco. Quod si forte eis warantizare non poterimus . de reliquo tenemento nostro eis respondere tenemur ad valenciam . ita ut monachis satisfiat et ut hec donatio nostra rata et inviolabilis perseveret . juramento et sigillo et testibus eam confirmavimus. Hiis testibus . Rogero filio Wiaun . Kenewreic fratre ejus . Enniaun filio Birid . Espus filio Gistelard . Ricardo le Waleis . et multis aliis.

Endorsed—'Carta Resi Coh de medietate terre que fuit Ketherec in territorio de Novo Castello.'

DCCXIV.

THE BRETHREN OF RESUS COH VAHAN RELEASE TO MARGAN THEIR LAND-RIGHT BETWEEN GARWE AND UGGEMORE.

[Harl. Ch. 75 B. 39.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Griffinus . Resus . Meurik . fratres Resi Coh vahan salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos consilio amicorum nostrorum quitum clamasse et abjurasse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totum clamium nostrum et totum jus quod dicebamus nos habere in terra dictorum monachorum inter aquam de Garwe et aquam de Uggemore . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram . libere . quiete . et pacifice pro nobis et omnibus successoribus nostris in perpetuum . sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod juravimus in capitulo coram toto conventu super sacrosancta ecclesie de Margan . quod nos fideliter et sine dolo tenebimus hanc quitam clamationem . et contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus . Gronu capellano de Langonet . Mauricio et Reso clericis de Langonet . Reso Coh . Cradoco ab Ricard . Cradoco ab Yoruard . Howelo et Philippo filiis Cadugan . Anaraud et Madoco filiis Knaitho . Jacobo tunc suppriore et Thoma de Kantelo monachis de Margan . Espus et Kanaan conversis de Margan . et multis aliis.

Endorsed—'Abjuratio Griffit . Resi . Mairik . fratrum Resi Coh . vahan . de terra de Egliskeinwir.'

Three seals, dark green.

1. 1⅛in. diam. A rosette of twelve leaves.
   + SIGILLUM . GRIFIT . AB . RES.
2. 1½in. diam. A rosette of nineteen leaves, within an engrailed border.
   + SIGILL' . MAURICII . FILII . RESI . COH.
3. 1⅛in. diam. A seeded fleur-de-lis.
   + SIGILL' . RESI . FIL' . RESI . COH.

DCCXV.

CONFIRMATION BY JORVARD, SON OF ESPUS, OF HIS FATHER'S GIFTS IN CORNELY TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Sciant presentes et futuri quod ego JORUARDUS filius ESPUS consilio et assensu parentum et amicorum meorum concessi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus donationem patris mei . quam fecit eis de terra sua de CORNELY . cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis . ut habeant et teneant eam in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam . ab omni servitio consuetudine et exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius haberi . vel teneri potest. Preterea quitum clamavi totum clamium meum quod habui in terra PEITEUIN. Illos etiam VI. denarios . quos inde solebant reddere . in perpetuum quitos clamavi. Et ego et heredes mei hanc confirmationem predictis monachis warantizabimus in perpetuum contra omnes homines. Hiis testibus.

Endorsed—'Carta Joruardi ab Espus.'

Jorvard ab Espus witnessed Charters in 1234 and 1249, and he and Res Coh were two of the twelve 'Viri probi et legales' called in as jurors to decide the case between Earl Gilbert, by his Bailiff, and Howel ab Mereduc, in the matter of Richard Syward in 1245. (Vol. I., 79, 89, 96, 127.)

DCCXVI.

GRANT BY KENEWRIC, SON OF HERBERT, OF LAND IN HAVEDHALOC TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

. . . . . ecclesie filiis presentibus et futuris. KENEWREIC filius HERBERTI salutem.

Sciatis . . . . . isse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et M . . . . [HEV] IDHALOC cum omnibus pertinentiis suis in elemosinam puram et perpetuam liberam et quietam ab . . . .

[secu]lari. Et ego super sanctuaria ecclesie juravi quod predictam terram ego et heredes mei pre . . . . [om]nes homines in perpetuum. Hiis testibus. HELIA decano de NOVO CASTELLO . PHILIPPO de LANB . . . . o filio CNAITURI BLETHIN filio WILFRED . PHILIPPO forestario.

Endorsed—'Carta Kenewreic filii . . . . . .'

DCCXVII.

RIRITH, SON OF BREAUEL, GRANTS TO MARGAN ABBEY A MOIETY OF HIS LAND IN CLAMMORGAN ABOVE CORNELI.

[PENRICE MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . RIRITH filius BREAUEL salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et hac carta confirmasse Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN consensu filiorum meorum medietatem terre mee quam habeo in CLAMMORGAN scilicet de supra CORNELI . pro salute anime mee et antecessorum meorum necnon et conjugis mee que sepulture traditur in cimiterio juxta portam de MARGAN in puram et perpetuam elemosinam . salvo tamen censu regio scilicet XII$^{cim.}$ denariis qui ab illis solvendi sunt ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio. Et quia sigillum proprium non habui . hanc sigillo GRIFFINI filii CNAITHURI sigillavi. His testibus . WILLELMO de LICHESFELD . JORDANO de HAVERFORD . WILLELMO de VALLE monachis de MARGAN . ERNALDO constabulario de KENEFEC . ESPUS filio CRADOCI . KENEWREIC filio HERBERTI . MADOCO filio CNAITHURI . ITHELLO filio RIUL . RIREDO filio CNITLIN . et fratre ejus CRADOCO . WALAUETH filio WILLELMI KILLEMICHEL . et multis aliis.

Round seal, brown wax, 1⅛in. diam. A rosette of sixteen leaves.

+ SIGILL' . GRIFINI.

Endorsed—'Carta Riredi filii Breauel de medietate terre sue de supra Corneli.'

DCCXVIII.

GRANT OF ENNIAUN, SON OF RIRID, TO MARGAM, OF HIS MOIETY OF KETHERECH'S LAND IN THE TERRITORY OF NEWCASTLE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit ENNIAUN filius RIRID salutem.

Sciatis me concessisse et ded. et h. c. conf. e. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest imperpetuum concessione MORGANI filii CRADOCI et parentum et amicorum meorum medietatem terre que fuit KETHERECH in territorio de Novo CASTELLO . que me ex hereditate contingit . quam habui ex dono predicti MORGANI domini mei. Et ego et heredes mei eis predictam terram warantizabimus contra omnes homines imperpetuum. Quod si forte warantizare eis non poterimus de reliquo tenemento nostro eis respondere tenemur ad valenciam . ita ut monachis satisfiat. Et ut hec donatio nostra rata et inviolabilis perseveret . juramento et sigillo et testibus eam confirmavimus. Hiis testibus . RESO COH . ROGERO filio WIAUN . KENEWREIC fratre ejus . ESPUS filio GISTELARD . RICARDO le WALEIS.

Endorsed—'Carta Enniawn filii Ririd de medietate terre que fuit Ketherec . in territorio Novi Castelli.'

This grant was included in the confirmation by the Abbot of Margam in 1207, and by Morgan ab Caradoc. Enniaun or Enyon ab Ririd Briavel was a joint heir with Res Coh of the land of Ketherec, brother of Caradoc Du, in the territory of Newcastle. (Vol. I., 56).

DCCXIX.

GRANT BY ENIAUN, SON OF WRUNU CHAM, TO MARGAM OF LAND BETWEEN GARWE AND UGGEMORE.

[HARL. CH. 75 D. 20.]

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris ENEAWN' filius WRUNUCH CHAM salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse . et hac carta confirmasse Deo et ecclesie

Sancte Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam totam terram que fuit Wrunuch Cham patris mei inter Garwe et Uggemor . in bosco et plano . cum omnibus pertinenciis et libertatibus et aisiamentis suis . ad tenendum et possidendum libere et quiete et pacifice . sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest. Et sciendum quod juravi super sanctuaria . quod ego et heredes mei warantizabimus istam predictam terram sicut elemosinam nostram predictis monachis contra omnes parentes nostros in perpetuum. Hiis testibus . Meuric filius Ythel . Roatlath filius (*sic*) Ythel . Cnaithur filio Wilim . Cnaithur filio Ythel . Johanne filio Justini . Roathlan filio Ythel . fil' Winanwel.

Pointed oval seal, dark green wax, imperfect, 1¾in. by 1in.; a lance-flag.

[+ si]gill' eniaun fil' wrun . . . . . .

Endorsed—'Eniawn filius Wrunu Cham de Kevenmahaj.'

DCCXX.

GRANT BY ENAUHIN, SON OF REHERED BREAVEL OF LAND NEAR CORNELI TO MARGAM.

[Penrice MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Enauhin filius Riheredi Breavel salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et Beate Marie de Margan . et monachis Deo ibidem servientibus pro salute anime mee et animarum predecessorum et successorum meorum xviii$^{o.}$ acras terre arabilis juxta Redesice desuper Corneli quas pater meus eis prius dederat . ut habeant et teneant eas in puram elemosinam libere et quiete imperpetuum . reddendo domino Regi annuatim ii$^{os.}$ solidos ad festum Sancti Michaelis . pro omni servicio et consuetudine et exactione. His testibus . Ernaldo constabulario de Kenefeg . Stephano clerico . Reso Coh . Ithel filio Riwl . Gille Seis . et Riherredo fratre ejus.

Endorsed—'Carta Enauhin filii Riredi Breavel de xviii$^{o.}$ acris.'

DCCXXI.

AGREEMENT BETWEEN THE ABBEYS OF TEWKESBURY AND MARGAM, WHEREBY THE CHURCH OF KENFEG IS GRANTED TO MARGAM FOR A YEARLY RENT OF TEN MARKS.

[PENRICE MSS.] 1203—1213.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Convenit inter domum THEOKESBERIE et domum de MARGAM super ecclesia de KENEFEG tali modo . quod abbas et conventus THEOKESBERIE concesserunt et dimiserunt ecclesiam ipsam cum capellis et terris et universis pertinentiis et libertatibus suis domui de MARGAM in firmam perpetuam ad habendum et tenendum et reddendum inde nomine perpetue pensionis in ipso capitulo THEOKESBERIE x. marcas annuatim scilicet v. marcas infra octavas Pasche et v. marcas infra octavas Sancti MICHAELIS. Et si evenerit domnum abbatem THEOKESBERIE devenire in partes illas . apud KENEFEG sive apud MARGAN honeste procurabitur ubi elegerit. Et domus de MARGAN capellanum inveniet et cetera necessaria sufficientia ad servitium ecclesie predicte et respondebit episcopo per omnia et de omnibus que ad ipsam pertinent. Et hoc totum factum est per assensum utriusque abbatis et utriusque capituli et scriptis et sigillis eorum confirmatum.

Two seals in red wax.

1. Pointed oval, 2⅝in. by 1¾in.; a full-length Abbot, flat mitre, right hand elevated in blessing, in the left hand an open book.

Legend—' + WALTER . . . . . [MA]RIE THEO . . . . .'

2. 1¾in. diam.; a representation of Tewkesbury Abbey Church, with a row of four Norman arches, and a fantastic Chinese-looking tower of three stages, with curved projections, surmounted with a cock.

Legend—' + SIG . . . . . [ABB]ATIE T . . . . . SIS.'

Endorsed—' De ecclesie de Kenefec carta prima.'

Along the top of the deed, cut half across, is the word CIROGRAPHIUM.

DCCXXII.

GRANT BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM OF A PERPETUAL LEASE OF THE CHURCH OF KENFIG, SUBJECT TO A PAYMENT OF TEN MARKS YEARLY TO TEWKESBURY ABBEY.

[PENRICE MSS.] 1203—1213.

Universis Sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit H[ENRICUS] D. g. LANDAVENSIS ecclesie minister humilis salutem gratiam Dei et benedictionem.

Justitiam petentium desideriis animo nos decet benigno condescendere . et ea effectu debito complere. Inde est quod universitati vestre notam facimus . quod nos petitioni et voluntati domini WALTERI abbatis THEOKESBIRIE . et ejusdem loci conventus condescendentes . concessimus domui de MARGAN . ecclesiam de KENEFEG cum omnibus suis pertinenciis et libertatibus in firmam perpetuam possidendam . solvendo singulis annis conventui THEOKESBIRIE x. marcas argenti nomine perpetue firme . scilicet v. infra octavas Pasche . et v. infra octavas Sancti MICHAELIS . salvo jure nostro in omnibus et successorum nostrorum in perpetuum. Et ne nostra hujus firme perpetue concessio malignancium improbitate imposterum possit infringi . vel decursu magni temporis in dubium devocari . eam presenti scripto . et sigilli nostri confirmamus appositione. Hiis testibus . URBANO LANDAVENSI archidiacono NICHOLAO thesaurario . PHILIPPO decano de GURE [? GOWER] et aliis multis.

Seal in light red wax. (Seal and counterseal as described in Birch, p. 283, A.D. 1193—1218.)

+ SIGILL HENRICI DEI GRACIA LANDAVENSIS EPISCOPI.

DCCXXIII.

GRANT BY MATILDIS, WIDOW OF HUGH DE KARDIF, TO MARGAM OF A BURGAGE IN ST. MARY STREET, CARDIFF.

[HARL. CH. 75 C. 23.]

Universis Christi fidelibus has litteras visuris vel audituris MATILDIS relicta HUGONIS de KARDIF eterna in domino salutem.

Noverit universitas vestra me consilio et consensu CRISTINE sororis mee et aliorum amicorum meorum in libera viduitate mea dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam burgagium meum illud videlicet quod jacet in vico Sancte MARIE de KARDIF juxta fluvium THAF . inter burgagium EADWAKER GILT .. et burgagium RICARDI filii ROBERTI. Insuper dedi eis et confirmavi totum pratum meum quod jacet inter Walam domini comitis et pratum LUCIE de KANETUNE. Ita plane ut habeant et teneant dicti monachi dictam donationem et confirmationem tam de burgagio quam de prato sicut ulla elemosina liberius vel quietius haberi vel teneri potest . et ego dictum burgagium una cum prato dictis monachis warantizabo contra omnes mortales imperpetuum. In cujus rei testimonium quia sigillum proprium non habui ad petitionem meam THOMAS CRISPUS sigillum suum apposuit. Hiis testibus . JORDANO ALUI . JOHANNE ALUI . ROBERTO GODARD . JOHANNE RUMBOLD . HELIA de NOVO CASTELLO . SIMONE de MUNT . et multis aliis.

Round seal, green wax, 1in. diam.; a bust to the left in profile, couped at the neck. + SIGILL' : THOME : CRISPI.

Endorsed—'Carta Matildis Relicte Hugonis de Kardif de uno Burgagio in villa de Kardif cum toto prato suo.'

DCCXXIV.

GRANT BY MAURICE, PRIOR OF ST. MICHAEL OF OWENI, *al.* UGGOMOR, *i.e.*, EWENNY, TO MARGAM ABBEY, OF A TENEMENT AT LANTGEWI.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod heo est conventio que facta est inter domum de MARGAN et ecclesiam Sancti MICHAELIS de OWENI presidente monasterio de MARGAN domno CONANO abbate . et omno [pro domno] MAURITIO prioratum apud OWENI administrante. Scilicet quod ego MAURITIUS prior de OWENI dimitto et concedo in perpetuum et hoc consilio et communi assensu fratrum et sociorum nostrorum monachorum nobiscum degentium . monachis et domui de MARGAN totum tenementum quod WILLELMUS SCURLAGGE nobis et ecclesie Sancti MICHAELIS de OWENI in puram et perpetuam contulit elemosinam apud LANTGEWI de libero tenemento suo . per omnia sicut idem WILLELMUS nobis et domui nostre melius et liberius et integrius eandem dedit elemosinam in terris . et pasturis . et pratis . et communa pasture . et ceteris aisiamentis terre et pheudi de LANTGEWI nobis concessis et in elemosinam datis . sicut carta ipsius WILLELMI testatur. Hec inquam omnia sine aliquo retenemento predicti monachi de MARGAN in perpetuum possidebunt . libere et quiete et sine omni servitio et seculari exactione . reddendo nobis pro omni servitio duos solidos annuatim ad Pascha. Et quia carta prime donationis remansit in nostra custodia . nos de OWENI presentem conventionem . et terram quam locavimus cum omnibus suis libertatibus monachis de MARGAN contra omnes in perpetuum warentizabimus. Testibus HUGONE et OSBERNO tunc monachis apud OWENI . WILLELMO de BEDINT' et GODEFRIDO monachis de MARGAN . ADAM capellano . JORDANO converso de MARGAN . WALTERO clerico de Sancta BRIGIDA . HELIA clerico . RODBERTO de GLOECESTRIA . HEREVEIO dapifero prioris.

Seal of the Prior of St. Michael de Vggomor', *i.e.*, Ewenny. Green wax, imperfect.

At the top the word CYROGRAPHUM cut through with three deep indentures.

Endorsed—'Prioris de Oeweni.'

DCCXXV.

PRIVILEGE GRANTED BY GILBERT DE MONMOUTH TO MARGAM, OF FREEDOM FROM TOLL IN BUYING AND SELLING THROUGHOUT HIS LAND.

[PENRICE MSS.]

Sciant p. et f. quod ego GILBERTUS de MONEMUTA pro salute anime . et pro salute uxoris mee BERTE et pro salute puerorum meorum et parentum meorum et amicorum meorum . concessi Sancte MARIE et abbacie de MARGAN libertatem . per terram meam ad emendum et vendendum quicquid eis placuerit libere et quiete absque omni teloneo et absque querela et absque omni consuetudine . de hoc quod ad proprium dominium illorum pertinet . et prohibeo super meum forefactum ne aliquis presumat illos in aliquo vexare. Et ut ista libertas firma sit et stabilis . et ne ab successoribus meis in irritum revocari possit . hac presenti carta et sigilli mei attestacione illud confirmo. His testibus . ROBERTO priore de MONEMUTA . Fratre RADULFO PICKARD . ROBERTO de ALBEMARA . WALTERO de CORMEILLES . JACOBO de MONEMUTA . WILLELMO de MARISCO . Domina BERTA . ROBERTO de ALBARA[1] juvene . RADULFO de WISHAM ROBERTO CORNON . GODARDO . HERBERTO filio REGINALDI . LUUERICO . ROBERTO filio MIALDE . et ROBERTO de MARISCO qui hanc cartam fecit.

Seal in uncoloured wax, varnished, 2¼in. diam. Knight, with a long body, riding to the proper left. Legend gone.

Endorsed—'Quitantia . G . de Munemutha.'

(1) Probably a scribe's error for *Albemare*.

The Monmouths, Norman followers of Duke William, derived their surname from their principal fief, where they built a castle, under which the surrounding manors were held.

Gilbert, the 4th Lord, flourished in the reign of Richard I., and marrying Berta, was succeeded by John his son, probably the grantor of the second charter of privileges. He held various posts under King John, and augmented his estates by those of his wife, Cecilia, daughter of William Walerand. He died 1248. His son and successor, also John, was governor of Striguil Castle, but is not known to have been connected either by kinship or property with Glamorgan. He died 1257, and with him the name became extinct, and the estates were scattered.

DCCXXVI.

PRIVILEGE GRANTED BY JOHN DE MONMOUTH TO MARGAM ABBEY OF FREEDOM FROM TOLL IN BUYING AND SELLING THROUGHOUT HIS LAND.

[Penrice MSS.] 13th Cent.

Sciant p. et f. quod ego Johannes de Monemutha pro salute anime mee et uxoris mee Cecilie et patris mei Gilleberti . et matris mee Berthe et pro salute filiorum meorum Johannis . Walteri . Ricardi . et omnium antecessorum et successorum meorum concessi et confirmavi Deo et Beate Marie de Margan et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam libertatem quam pater meus Gillebertus dedit eis . scilicet ut emant et vendant per totam terram meam quicquid eis placuerit ad proprios usus eorum libere et quiete sine omni theloneo et sine omni querela et consuetudine. Et prohibeo super meum forisfactum ne quis presumat vexare illos in aliquo contra libertatem quam ego concessi eis. Et ut ista libertas rata et stabilis perseveret presentis scripti attestatione et sigilli mei impressione eam roboravi. Hiis testibus domino Johanni primogenito et herede meo . Willelmo de Luci . Radulpho Bluet . Ricardo Talleboth Roberto Tregeit . Willelmo de Colevile . Roberto Poinz . et multis aliis.

Seal dark green wax, a rounded oval, 2in. by 1⅝in. Impression of an antique oval intaglio gem, *en cabochon*; a tree, between a lion on the dexter, and a bull on the sinister side.

+ SIGILLUM . IOHANNIS . MONEMUTE.

Endorsed—'Quitantia de theloneo domini Johannis Munemutha.' (This grant is accompanied by a duplicate of the same, saving only that the name of Robert Poinz is omitted from the list of witnesses.)

DCCXXVII.

WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, GRANTS PERMISSION TO THE MONKS OF MARGAM TO CELEBRATE IN THE NEW CHAPEL OF ROSSAULYN GRANGE.

[PENRICE MSS.]

Universis Christi fidelibus per LANDAVENSEM diocesim constitutis. WILLELMUS Dei gratia LANDAVENSIS episcopus salutem gratiam et benedictionem.

Noveritis nos concessisse dilectis filiis nostris monachis de MARGAN. ut cum ad locum novum grangiam suam de ROSSAULYN transtulerint. ibidem possint capellam habere et divina celebrare auctoritate nostra. sicut in capella ubi grangia prius sita fuerat consueverant. set hoc monachi tantum. Ita tamen quod in antiqua capella non celebrent. nisi tantum in anniversaria sollempnitate ejusdem capelle. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Valete.

Imperfect seal and counterseal of Bishop William, green wax.

Obverse—The Bishop in embroidered vestments, standing on a carved corbel, lifting up the right hand in benediction; in the left hand a pastoral staff. Background reticulated, with quatrefoil knots, and in each interstice a crescent.

. . . WIL . . . . VENSIS . E . . . . . .

Reverse—The Annunciation of the Blessed virgin, the dove with nimbus issuing from clouds. Below, under an arch, the Bishop, uttering the prayer of the legend—

+ VE . DELENS . per . AVE . PIA . [PER . TE . LIBERER] . A . VE.

Endorsed—'Quod licet nobis divina celebrare in nova capella de Rossaulyn,' to which is added in a later hand 'tantum.'

DCCXXVIII.

GRANT BY ADAM, SON OF ROGER, PORTARIUS OF CARDIFF, OF LAND NEAR THE VIVARIUM DE RAATH.

[HARL. CH. 75 C. 44.] EARLY 13TH CENT.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ADAM filius ROGERI portarii de KAERDIF . salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum et aliorum amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari xv. acras terre mee arabilis . et v. acras prati juxta vivarium de RAATH reddendo mihi et heredibus xij. denarios annuatim ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servitio. Et ego et heredes mei predictis monachis predictam terram warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Quod si forte eam warantizare non poterimus . de reliquo tenemento nostro tantundem eis dabimus. Teste HERBERTO filio TURKILLI . HENRICO filio URBANI archidiaconi . RICARDO de RAAD . STEINERO . NICHOLAO filio HERBERTI . ROGERO CUINTEREL.

Round seal, green wax, 1⅝in. diam.; a dexter hand and arm, grasping a key.

+ SIGILLUM . ADE . PORTARI.

Endorsed—'Carta Adam Portarii de Kaerdif.'

DCCXXIX.

GRANT OF A RENT OF TWELVE PENCE TO MARGAM BY ADAM PORTARIUS.

[HARL. CH. 75 C. 45.]


Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ADAM portarius salutem.

Noverit universitas vestra me consensu et consilio THOME filii mei et heredis mei aliorumque amicorum meorum dedisse et concessisse atque presenti carta confirmasse pro anima mea et pro animabus predecessorum atque successorum

meorum Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus redditum XII. denariorum quos prefati monachi mihi reddere debuerunt annuatim in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio consuetudine et exactione. Hiis testibus HENRICO de KERDIF et WILLELMO de HEREFORDIA monachis de MARGAN CRADOCO medico ROBINO WALTERO.

Endorsed—'A. portarius.'

This is Adam, the Porter of Cardiff [Castle], of the preceding Charter. The two documents shew three generations, of which two held the office, which was probably hereditary. The device on the seal represents the office.



It is evident from the identity with land specified in the following Charter, that Robert Cusin had inherited from the above, probably through a sister of Herbert and Thomas.

DCCXXX.

CONFIRMATION TO MARGAM BY ROGER, SON OF ROBERT, PORTER OF CARDIFF, OF THE GRANT OF ADAM, HIS MOTHER'S BROTHER.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte e. f. p. et futuris . ROGERUS CUSIN . filius ROBERTI CUSIN . portarii de KARD[IF] . salutem.

Noverit univ. vestra quod ego cons. et cons. parentum et amic. meor. conc. et h. p. c. m. confirmavi pro salute anime mee et antecessorum meorum . Deo et Beate MARIE de MARGAN et m. i. D. servientibus . donacionem quam eis fecit . A . . . portarius avunculus meus . sicut carta ejus quam inde habent testatur . scilicet XV. acras terre arabilis . et V. acras prati . juxta vivarium de RAATH . in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servicio consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et totum jus et clamium quod habui in prefata terra . prefatis monachis remisi et quitum

clamavi in perpetuum. Et sciendum quod ego ROGERUS . et heredes mei warantizabimus predictis monachis predictam terram contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Roberti Cusin portarius de Cardiff.' On the Charter roll 'Carta Rogeri Cusin.'

DCCXXXI.

CONFIRMATION BY MORGAN AB CARADOC OF VARIOUS GRANTS TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse monachis de MARGAN donacionem quam fecit eis RESUS COH in territorio NOVI CASTELLI . de medietate terre que fuit KETHERECH . et donacionem quam fecit eis ENNIAUN filius RIRID de reliqua medietate ejusdem terre in omnibus sicut carte ipsorum testantur. Et si forte propter aliquam causam dissaisiati fuerint . nichilominus monachi tenebunt predictam terram in pace et quiete imperpetuum . sicut elemosinam nostram. Teste ROGERO filio WIAN . KENEWREIC fratre ejus . ESPUS filio GISTELARD . DAVID PUINNEL . HERBERTO PALM[ER] . RICARDO WALEIS.

Endorsed—'Confirmacio Morgani filii Cradoci de predictis donacionibus scilicet Resi Coh et Enniaun filii Ririd.'

DCCXXXII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S GIFTS TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris LEISAN filius MORGANI salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam omnes donationes quas eis fecit pater meus MORGANUS . in territorio de Novo CASTELLO per omnia sicut carte ipsius testantur. His testibus . WILFRIDO sacerdote . LUCA clerico . ROBERTO SEGIN . ROBERTO SAMSON . ALAITHU . RESO COH . ROGERO WIAUN . ROGERO AITHAN . DAVID PUINNEL . et multi alii.

Endorsed—'Carta Leisan filii Morgan de concessione donationum patris sui in territorio Novi Castelli.'

Leisan, eldest son of Morgan ab Caradoc, Lord of Avene, which they held of the Earls of Gloucester 'per Baroniam,' represented the eldest descendants of Jestyn ap Gurgan, and therefore stood at the head of the Welsh families of Glamorgan. They were frequent benefactors to Margam, and buried there. Though of pure Welsh descent, and not wanting in love for their race, they adopted Norman customs, used great seals bearing their effigies on horseback in armour, and used the de Clare coat of arms. Of the family, Morgan ab Caradoc, Leisan and Owen his sons, Morgan Kam or Cham appear as grantors of land, as does Wenllian, a lady of the family. They became extinct in or soon after the reign of Edward III., having by marriages added Penvae and Sully to their paternal estate.

DCCXXXIII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S AND OTHERS' GRANTS TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes p. et f. quod ego LESANUS filius MORGANI quitas clamavi omnes querelas et exactiones quas hactenus habui adversus domum de MARGAN . de omnibus terris et tenementis que monachi ejusdem domus tenent de me vel de hominibus meis in feudo meo. Insuper etiam hac presenti carta mea confirmavi eis omnes concessiones et conventiones et omnes cartas quas MORGANUS filius KARADOCI et AUDOENUS frater meus et homines nostri eisdem monachis fecerunt et omnia tenementa que eis dederunt aut vendiderunt tam in PULTIMOR et marisco de AVENE quam in territorio de Novo CASTELLO et in omnibus aliis locis sub montanis et super montana . ut habeant hec omnia et teneant libere et quiete imperpetuum sicut ulla elemosina liberius et melius

potest teneri . sicut carte predictorum patris et fratris et hominum nostrorum testantur. Et precipue terram WALTERI LAGELES quam pater meus dedit domui de MARGAN in elemosinam. Et ego LEISAN sciens et prudens super sanctuaria monasterii manu propria juravi scilicet super sacraissimum corpus Domini nostri JHESU CHRISTI et super preciosissimum lignum vere crucis et super reliquias sanctorum apostolorum et sanctorum martirum et sanctorum confessorum et sanctarum virginum quorum omnium reliquie in una cruce [conti]nebantur super hec omnia [impo]sita magno altari juravi ego sicut michi expresse et manifeste nominabantur . quod decetero de nullo tenemento suo dissaisiabo eos . . . . iam . . . . . eos impediam . . . . . . faciam vel permittam terras suas arare seminare sarclare metere . vel colligere et asportare . neque prata sua falcare et cariare vel voluntatem suam de omnibus rebus suis facere . neque aliquod nocumentum eis inferam vel inferri faciam aut permittam de equicio suo vel de omnibus aliis animalibus suis que habent vel habebunt in omnibus pasturis quas in feudo meo habent propter aliquam iram aut querelam quam habuerim vel forte habebo adversus eos. Set si in aliquo adversum me deliquerint . vel si non faciunt michi quod michi de jure facere debent . demonstrabo ballivis terre et per judicium curie suscipiam inde emendationem. Et hec omnia juravi me predictis monachis toto tempore vite mee observaturum. Hiis testibus WALTERO de SULIE tunc vicecomite de GLAMORGAN . RICARDO FLAMANG' . PETRO le BUTILLER . WILLELMO de CANTILUPO . WALTERO LUVEL . STEPHANO clerico de KENEFEG' . WASMERO . THOMA albo de KENEFEG . ALAITHURO . RESO COCH . GRIFFINO filio KANAITHUR . et multis aliis.

Green seal of LEISAN, equestrian type, 2in. diam.

'+ SIGILLUM LEISAUN FILII MO[RG]AN.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan generalis.'

DCCXXXIV.

MEMORANDUM AS TO CANAYTHEN AB ROBERT AB EYNON, AND HOW HE ACQUIRED ROSSOWLIN AND GRANTED IT TO MARGAM.

[Coll. Topog. et Gen. V. 20.]

Canaythen primo dedit terram de Rosowlin domui de Margan consensu domini sui et postea factus ei conversus vir . . . et tutissime vixit omnibus diebus vite sue.

Morgan ab Cradoc tradidit Canaythen filium Roberti ab Eynon obsidem pro se domino suo Willelmo comiti Glovernie [et] per modicum tempus rebellavit contra dominum suum.

Hoc audito comes precepit erruere oculos obsidis et remittere ad . . . . In recompensatione oculorum Morgan dedit ei terram de Rossowlin et ille ex consensu domini sui dedit ecclesie Beate Marie de Margan.

The original is endorsed in red ink upon one of the cartulary rolls of Margam, and is supposed by Mr. Traherne to have been taken from the register of Neath, extant at St. Donat's in 1574, but now lost.

Rossowlin, now Resolven, lies in the vale of Neath. Bryn Kynhaythwydd occurs in an old survey of it. A rude cross, on which the words 'proparavit hanc' are alone legible, is attributed to Canaythen.

DCCXXXV.

GRANT BY WRONU, SON OF CADUGAN, TO MARGAM, OF LAND BETWEEN WALDERESTON AND HOREGRAVE.

[Penrice MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Wrunu filius Cadugan salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan . et monachis qui ibidem Deo serviunt totam terram meam inter Walderestonam et Horegravam cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano et in omnibus

aliis aisiamentis suis in perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius . haberi et teneri potest. Et hanc donacionem warantizabimus eis ego et heredes mei contra omnes homines. Et ut hec donacio firma maneat . imperpetuum . sigillo meo eam munivi . et super sanctuaria juravimus ego et MEURICUS frater meus . et pater meus CADUGÁN . et CANAN avunculus noster et filii sui . et filii LUARCH avunculi nostri. His testibus . domino WILLELMO de BRAUS . WALTERO de SUL[IA] tunc vicecomite de GLAMMORGAN . HELIA decano de Novo CASTRO . JOHANNE BRUN constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico . OSMERO CUUIAN.

Endorsed—'Carta Wrunu filii Cadugan de tota terra sua inter Walderestonam et Horegravam.'

DCCXXXVI.

GRANT AS THE PRECEDING, BY MEURIC, SON OF CADUGAN.

[PENRICE MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris MEURIC filius CADUGAN salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis qui ibidem Deo serviunt totam terram meam inter WALDERESTONAM et HOREGRAVAM . cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano et in omnibus aliis aisiamentis suis in perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina haberi et teneri potest. Et hanc donacionem warantizabimus eis ego et heredes mei contra omnes homines. Et ut hec donatio firma maneat imperpetuum sigillo meo eam munivi et super sanctuaria juravimus ego et WRUNU frater meus . et pater noster CADUGAN . et CANAN avunculus noster . et

filii sui et filii LUARCH avunculi nostri. His testibus . domino WILLELMO de BRAUS . WALTERO de SULIA tunc vicecomite de GLAMORGAN . HELIA decano de NOVO CASTRO . JOHANNE BRUN constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico OSMERO CUUIAN.

Endorsed—'Carta Meuric filii Cadugan de tota terra sua inter Walderestonam et Horegravam.'

DCCXXXVII.

GRANT BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM, OF LAND ABUTTING ON THE RIVER THAF.

[HARL. CH. 75 A. 20.] 1193—1218.

H. Dei gratia LANDAVENSIS ecclesie minister humilis. Universis Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Noverit universitas vestra nos consensu et assensu capituli LANDAVENSIS ecclesie dedisse et concessisse . et hac presenti carta nostra confirmasse monachis de MARGAN . ad firmam imperpetuum totam terram usque in THAF á PILLA MAGNA que jacet juxta bercariam domini episcopi á wala usque in walam . habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris . reddendo annuatim . IIIJ^or. solidos ad festum Sancti MICHAELIS . pro omni servicio . consuetudine . et exactione. Et habebunt ipsi et animalia eorum liberum ingressum et regressum ad usus predicte terre quantum opus habuerint sine impedimento aliquorum. Set et walam manutenebunt quantum terra eorum durat. Et nos et successores nostri warantizabimus eis predictam terram imperpetuum. Et ut hec concessio nostra perpetuo firma consistat . nos eam sigillo nostro et sigillo pariter capituli LANDAVENSIS . ecclesie confirmavimus. Hiis testibus . URBANO tunc LANDAVENSI archidiacono . NICHOLAO . ejusdem ecclesie thesaurario . magistro WALTERO . WALTERO capellano . WILLELMO capellano . WALTERO ejusdem ecclesie cantore . AUDOEN' . decano . PHILIPPO . nepote WALTERI capellani . THOME serviente domini episcopi . et multis aliis.

Endorsed—'Carta domini H. episcopi de terra in mora de Kerdif.'

Two seals.

1. Dark green. Pointed oval, imperfect. The Bishop, usual style, standing on a short column.

. . . ENRICI . DE . . . . ACIA . LANDAVEN . . .

Reverse, a smaller pointed oval counterseal, $1\frac{1}{2}$in. by $\frac{15}{16}$in. A six-winged cherub or seraph, on a corbel.

[+ SIGIL]L' H' D . I G . A . . A LAND' E . . . . . .

2. Pale red. The cathedral, from the west.

IGIL . . . . .

Reverse, a smaller pointed oval counterseal, $1\frac{3}{8}$in. by 1in. An Agnus Dei.

SECRE[TUM LANDAVEN]SIS ECCLESIE.

DCCXXXVIII.

ANOTHER VERSION OF THE SAME.

[PENRICE MSS.] 1193—1218.

H. Dei gracia LANDAVENSIS ecclesie humilis minister universis Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino.

Universitati vestre notum facimus nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse monachis de MARGAN ad firmam . . . . . totam terram usque in TAF a PULLA magna que jacet juxta bercheriam domini episcopi a walda in waldam habendam et tenendam de nobis et successoribus nostris reddendo annuatim quattuor solidos ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio et consuetudine et exactione. Et habebunt ipsi et animalia . . . liberum ingressum et regressum ad usus predicte terre quantum opus habuerint sine impedimento aliquorum. Set et waldam manutenebunt quantum terra eorum durat. Et nos et successores nostri warantizabimus eis predictam firmam in perpetuum. Et ut hec nostra concessio perpetuo firma consistat eam presentis scripti serie et sigilli nostri confirmavimus appositione. Hiis testibus.

Endorsed—'Carta domini H. Landavensi episcopi de terra sua in mora.'

DCCXXXIX.

GRANT BY JOHN DE BONA VILLA TO WILLIAM THE HARPER (CHITAREDUS) OF LAND AT BRONIGESPIT.

[HARL. CH. 75 B. 12.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego JOHANNES de BONA VILLA dedi WILLELMO CHITAREDO (*sic pro* CITHAREDO) et heredibus suis tenere de me et de heredibus meis in feudo et in hereditate IIIJ. acras terre in proxima cultura BRONIGESPIT juxta viam et in proxima cultura predicte terre in parte austri VIIJ. acras et dimidiam acram prati inter terram domini et terram Hospitalis et dimidiam acram prati juxta pratura SEISIL et terram que fuit MARIE . libere et quiete pro servitio suo ita quod ipse WILLELMUS et heredes sui dabunt mihi et heredibus meis singulis annis ad festum Sancti MICAELIS pro omni servitio excepto regio dimidiam libram cere. Hiis testibus . R. presbitero . WILLELMO de BONA VILLA . JOHANNE filio HABRAHE . GEF. de CANCI . IVOR filio IDHAIL . RAULOT . filio . MARIE . ADAM filio MARIE . JOHANNE de PENTIREC . WILLELMO de PENTIREC . TOMA filio RICARDI sacerdot'.

Seal in green wax, 1½in. diam. An ornamental cross of foliage within a border pellettée.

+ SIGILLUM IOHANNIS DE BONA VILLA.

DCCXL.

GRANT BY WILLIAM CITHAREDA (THE HARPER) TO MARGAN OF LAND IN BONEVILLE[STON].

[HARL. CH. 75 B. 35.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis hanc cartam visuris vel audituris WILLELMUS CITHEREDA de BONEVILL . salutem.

Sciatis me consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum concessisse et dedisse et hac carta mea confirmasse in puram et perpetuam elemosinam Deo et Sancte MARIE et monachis de MARGAN XIJ. acras terre arabilis et dimidiam acram

prati cum crofto et tofto in territorio de BONEVILL tenendas libere et quiete ab omni exactione et seculari servicio sicut ulla elemosina liberius teneri potest . reddendo inde annuatim ecclesie de BONEVILL dimidiam libram cere ad festum Sancti MICHAELIS. Et ego et heredes mei warentizabimus eis predictam terram contra omnes homines. Hiis testibus . DAVID scriptore . RICARDO filio STEPHANI clerici de KENEFEG . WILLELMO filio ROGERI STURMI . ALANO de KIRKESTED.

Seal in red wax, pointed oval, 1¾in. by 1in. A fleur-de-lis.

+ SIGILL' WILL'I CITAREDE.

Endorsed—'Willelmi Citharedi.'

DCCXLI.

CONFIRMATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM, OF THE GRANT OF WILLIAM, THE HARPER, OF BONVILESTONE.

[PENRICE MSS.] 1193—1218.

HENRICUS Dei gratia LANDAVENSIS ecclesie minister humilis universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint salutem et benedictionem. Significamus vobis quod WILLELMUS CITHAREDUS de BONEVILL[ESTUNE] concessit et dedit Deo et Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus XII. acras terre arabilis et dimidiam acram prati et unum masuagium in villa de CAIRWIGAN[1] . libere et quiete in perpetuam elemosinam possidendas. Reddendo singulis annis ecclesie de CAIRWIGAN dimidiam libram cere ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio. Et ut hoc omnibus manifestum et in perpetuum ratum consistat . ad petitionem et instantiam prefati WILLELMI scripti serie . et sigilli nostri dignum duximus confirmare appositione. Hiis testibus.

Endorsed—'Confirmacio Henrici episcopi de eadem terra.'

(1) Cairwigau is in the parish of Pendoylan, but probably within the manor, and has always formed a part of the estate of Bonvilestone. The House, now a cottage, is very old, and contains a curious staircase in the substance of the wall. There is no tradition of a church there.

DCCXLII.

QUIT-CLAIM BY SIBILLA DE BONEVILL', WIDOW OF WILLIAM CITHAREDUS, TO MARGAM, OF LAND IN BONVILLESTON.

[Harl. Ch: 75 B. 36.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis hanc cartam visuris vel audituris Sibilla de Bonevill' salutem.

Sciatis me consensu et consilio heredum et amicorum meorum in libera viduitate mea dedisse et quitum clamasse totum jus meum et clamium quod habui erga domum de Margan de duodecim acris terre arabilis et dimidia acra prati cum tofto et crofto in territorio de Bonevill'est' sicut carta Willelmi Citharedi viri mei quam eadem domus de Margan habet testatur. Reddendo inde annuatim . . . . . . ll' dimidiam libram cere ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio. Et ego et heredes mei warantizabimus prefate domui eandem . . . . iis inperpetuum. Hiis testibus Martino tunc vicecomite de Glamorgan Willelmo de Reigny Reimundo de Sulye . . . . . . Mailoc Ricardo presbytero de Bonevilest' Roberto Samson' Reimundo filio ejus Rogero de Landyltuit' Willelmo de Cornely et multis aliis.

A round seal, of green wax, 1¼in. diam. Device, a harp.

Legend—'+ sigillum . sibille . de . bonvil'.'

Endorsed—'Carta Sibille de Bonevill' de xii. acris terre et dimidia prati cum tofto et crofto.'

Robert Samson was probably a neighbour; his name occurs in Boneville charters, 1217—1230, as do those of Radulph Mailoc, 1217—1260, Raymond de Sully, 1217, Richard, sacerdos and presbyter of Bonvilleston, 1260, Will. de Reigny, 1217.

DCCXLIII.

GRANT BY RIERED, SON OF KENAF OR KENOH, TO MARGAN OF A FOURTH PART OF BRADINCTUNE.

[Harl. Ch. 75 C. 24.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Rieredus filius Kenaf salutem.

Sciatis me consilio et consensu sponse mee Hiwerth et heredum meorum et amicorum et parentum meorum concessisse et dedisse et hac karta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam totam quartam partem terra de Bradinctune que me contingit cum omnibus pertinentiis suis ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et omni exactione in perpetuum sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et hoc totum firmiter tenere et warentizare juravimus ego Rieredus et sponsa mea Hiwerth et ceteri amici mei quorum consilio et consensu hoc feci. Et plegios inveni dominum . H.[1] Landavensem episcopum . et capitulum ecclesie de Landaf . et vicecomitem de Kaerdif . et Urbanum archidiaconum . et Cradoc et Jaior filios Worgani . et Morganum et Moraduth filios Karadoci . et Krifen et Kadewatlan filios Iuor . et Knaithur Ianterel . et Wronu With filium ejus . et Adam filium Meileri . et Ketherreh filium Ricardi . et Kradocum medicum. Et ego H. Landavensis episcopus et totum capitulum ecclesie de Landaf confirmavimus donationem hanc sigillis nostris peticione ejusdem Rieredi et benedictionem nostram dedimus servantibus eam. Violantibus autem . dedimus maledictionem nostram. His testibus . Willelmo de Lichesfeld et Willelmo de Bedinctun' . et Henrico et Helia monachis de Margan . et Ricardo tunc grangiario de Lantmeuthin et Justino conversis de Margan . Nicholao de Penclau tunc decano . Nicholao Gobion . Rodberto de Bercobolos . Luca fratre episcopi . Magistro Mauricio . Johanne presbitero de Kenefec . Henrico de Hulle.

Round seal, dark green wax, 1½in. diam. An estoille or rosette of eight points.

+ SIGIL' RIERED FILII KENOH.

Endorsed—'Riered filius Kenaf de Bradetune.'

(1) Henry, A.D. 1196—1218; or Elias, sometimes written Helias, A.D. 1230—1240.

DCCXLIV.

GRANT BY THE SONS OF BLETHIN TO MARGAN OF LAND IN KILLECULLUM.

[Harl. Ch. 75 B. 11.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris. Wrunu. Meurik. et Resus filii Blethin salutem.

Sciatis nos consensu heredum parentum et amicorum nostrorum concessisse et dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan. et monachis ibidem Deo servientibus pro animabus nostris et antecessorum et successorum nostrorum in puram et perpetuam elemosinam totam terram nostram de Killecullum. scilicet partem illam que fuit patris nostri Blethin cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis. Ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni servitio consuetudine et exactione seculari. sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. excepto servitio quod antecessores nostri pro tanto tenemento solebant facere ad coquinam comitis. scilicet vij. denarios. quos ipsi monachi persolvent quando fuerint requisiti. Et nos et heredes nostri hanc elemosinam nostram predicte domui contra omnes homines in perpetuum warentizabimus. Set et sciendum quod nos omnes terras quas ipsa domus de Margan possidet tam intra aquas de Avene et Kenefeg. quam extra abjuravimus in perpetuum. Hiis testibus. Waltero Luuel. Stephano clerico. Alaithur. Reso Coch. Griffino filio Kanaith. Ithel ab Riwel. et multis aliis.

Three seals, dark green wax.

1. A star of six leaves.

+ ZIGILL' MEURIC FILII BLETHIN.

2. Two triangles interlaced, enclosing a sunstar of nine wavy points between six pallets.

+ SIGILL' WRNU FILII BLETHIN.

3. A seeded fleur-de-lis.

+ SIGILL' REZI FILI . . . . . HIN.

Endorsed—'Carta filiorum Blethin' de Killecullum.'

This is a good example of early Welsh ornamental handwriting. (Vid: No. LVIII.)

DCCXLV.

BULL OF POPE INNOCENT III., DIRECTED TO THE ARCHBISHOP OF CANTERBURY AND THE CLERGY OF THE PROVINCE, IN FAVOUR OF THE CISTERCIAN ORDER.

[PENRICE MSS.] 10TH NOV. 6TH YEAR: 1203.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus . CANTUARIENSI archiepiscopo . et suffraganeis ejus et dilectis filiis abbatibus prioribus decanis archidiaconis . et aliis ecclesiarum prelatis in CANTUARIENSI provincia constitutis . salutem et apostolicam benedictionem.

Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur . et canonice sententie severitas enervatur . ut viri religiosi . et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia majori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis injurias sustineant et rapinas . dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat . et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii . abbas et fratres de MARGAN CISTERCIENSIS ordinis tam de frequentibus injuriis quam de ipso cotidiano defectu justitie conquerentes . universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari . ut ita videlicet ei [pro eis] in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere . quod ab angustiis quas sustinent et pressuris .˙ vestro possint presidio respirare. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus . atque precipimus . quatenus illos qui possessiones vel res . seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint aut ea injuste detinuerint que predictis fratribus

ex testamento decedentium relinquuntur . seu in fratres ipsos contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare . vel decimas laborum seu nutrimentorum ipsorum spretis apostolice sedis privilegiis extorquere . monitione premissa si laici fuerint publice candelis accensis excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis . neutram relaxaturi sententiam . donec predictis fratribus plenaria satisfaciant . et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum injectione anathematis vinculo fuerint innodati cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. De monachis vero et canonicis regularibus id servetur . ut si ejusdem claustri fratres manus in se injecerint violentas per abbatem proprium . si vero unius claustri frater in fratrem alterius claustri hujusmodi presumpserit violentiam exercere . per injuriam passi et inferentis abbates absolutionis beneficium assequantur . etiam si eorum aliqui prius quam habitum reciperint regularem tale aliquid commiserunt . propter quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrissent . nisi excessus ipsorum esset difficilis et enormis . utpote si esset ad mutilationem membri vel sanguinis effusionem processum aut violenta manus in episcopum vel abbatem injecta cum excessus tales et similes sine scandalo nequeant preteriri. Si vero in clericos seculares manus injecerint . pro vitando scandalo mittantur ad sedem apostolicam absolvendi. Villas autem in quibus bona predictorum fratrum vel hominum suorum per violentiam detenta fuerint . quamdiu ibi sunt interdicti sententiam supponatis.

Datum Anagnie iiij. Id Novembris. Pontificatus nostri anno sexto.

The leaden bulla of the Pope is appended by strands of green and yellow silk.

Endorsed—'Innocentius III[us] Non absque dolore.' 'De Margan.' 'Contra . . . . et detentores rerum nostrarum et manuum injection . . . . . .' In a later hand—'A prohibition to wronge the Howse of Morgan.'

DCCXLVI.

BULL OF POPE INNOCENT III., DIRECTED TO THE ARCHBISHOP OF CANTERBURY AND THE BISHOPS AND CLERGY OF THE PROVINCE, ORDERING THEM TO EXCOMMUNICATE THOSE WHO SEEK TO TAKE TITHES FROM MARGAM.

[Penrice MSS.] 20th Nov. 6th Year. 1203.

Innocentius episcopus servus servorum Dei . venerabilibus fratribus . Cantuariensi archiepiscopo . et suffraganeis ejus . et dilectis filiis . abbatibus . prioribus . decanis . archidiaconis . et aliis ecclesiarum prelatis per Cantuariensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Audivimus et audientes mirati sumus . quod cum dilectis filiis . abbati et conventui de Margan Cisterciensis ordinis a patribus et predecessoribus nostris concessum sit et a nobis ipsis postmodum indultum et confirmatum . ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt . nemini decimas solvere teneantur . quidam ab eis nichilominus contra apostolice sedis indulgentias decimam exigere et extorquere presumunt . et prava ac sinistra interpretatione . apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes . asserunt de novalibus debere intelligi ubi noscitur de laboribus esse scriptum. Quoniam igitur manifestum est omnibus qui recte sapiunt interpretationem hujusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam. Cum secundum capitulum illud a solutione decimarum tam de terris illis quas deduxerunt vel deducunt ad cultum . quam de terris etiam cultis quas propriis manibus vel sumptibus excolunt liberi sint penitus et immunes . ne ullus contra eos materiam habeat malignandi . universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus . quatinus omnibus parrochianis vestris auctoritate apostolice prohibere curetis . ne a memoratis fratribus de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt . seu de nutrimentis animalium ullatenus decimas presumant exigere vel quomodolibet

extorquere. Quia vero non est conveniens vel honestum ut contra sedis apostolice indulgentias temere veniatur. . que obtinere debent inviolabilem firmitatem. mandamus vobis firmiterque precipimus . ut si qui monachi . canonici . clerici . vel laici contra privilegia sedis apostolice memoratos fratres super decimarum exactione gravaverint . laicos excommunicationis sententiam percellentes . monachos . canonicos . sive clericos contradictione . dilatione . et appellatione cessante ab officio suspendatis . tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari . ad hec pre . . . . . auctoritate precipiendo mandamus . quatinus siquis eorundem parrochianorum vestrorum in sepedictos fratres violentas manus inje[cerit] eum accensis candelis excommunicatum publice nuntietis . et tanquam excommunicatum faciatis ab omnibus cautius evitari . donec eisdem fratribus congrue satisfaciat . et cum litteris diocesani episcopi rei veritatem continentibus apostolico se conspectui representet.

Datum Anagnie xii. Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno sexto.

Leaden bulla of Innocent III. appended by strands of yellow and red silk.

Endorsed—'Innocentius IIIus. De decimis non dandis de novalibus . et de terris quas propriis manibus . aut sumptibus excolimus.' In a later hand—'Innocentius. Morgan free from tithe.'

DCCXLVII.

BULL OF POPE INNOCENT III., CONFIRMING THE POSSESSIONS OF, AND CONFERRING VARIOUS PRIVILEGES UPON MARGAM.

[Penrice MSS.] 20th Nov. 6th Year: 1203.

Innocentius episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis Giliberto abbati de Margan ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium . ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus . et prefatum monasterium sancte Dei genitricis et virginis MARIE in quo divino mancipati estis obsequio sub beati PETRI et nostra protectione suscipimus . ut presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati BENEDICTI regulam atque institutionem CISTERCIENSIUM fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur . perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum . largitione Regum vel Principum . oblatione fidelium . seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono ROBERTI et WILLELMI comitum KENEFEG et AUENAM fluvios . et possessiones quas inter ipsos habetis. Lewert de mari cum pertinentiis suis. In territorio de KENEFEG . ex dono KEDEREC et heredum ejus centum acras terre. Ex dono HUGONIS de HEREFORDIA totidem. Ex dono WILLELMI GILLE et heredum ejus . quadraginta acras. Ex dono GILIBERTI GRAMM[US] et heredum ejus quinquaginta acras. Ex dono GRUNI filii CADIAN viginti acras . et possessiones quas habetis ex dono burgensium de KENEFEG . et liberorum WALENSIUM. Ex dono GALFRIDO S[T]URMI et heredum ejus . terram STURMI cum omnibus pertinentiis suis. Terram de HAUEDHALOC cum omnibus pertinentiis suis. Possessiones quas habetis inter fluvium KENEFEG et montem BAIBAN. Ex dono WILLELMI SCURLAG feodum de LANDGEWI cum pertinentiis suis. Ex dono PAGANI de TURBERVILLA centum acras terre in COICCHART. Ex dono THOME LAGELES . centum acras. Terram KILLECULIN cum pertinentiis suis. Ex dono HENRICI de UMFRAMVILL' centum et septuaginta

acras terre. Ex dono HUGONIS de LANDCARUAN triginta et quinque acras. Ex dono WLGANI de PENDEWELIN . duodecim acras. Ex dono JOHANNIS de BONEVILLA . triginta acras. Ex dono WILLELMI CITHAREDI duodecim acras. Ex dono TEMPLARIORUM quadraginta acras. Terram PULTIMOR cum pertinentiis suis. Grangiam ROSSAULIM cum pertinentiis suis. Possessiones quas habetis in MARISCO de AUENA. Communem pasturam inter NETH' . et TAFE . in bosco et in plano . In KENEFEG mesuagium unum. Apud BRISTOLLUM mesuagia duo. Apud NOVUMBURGUM . mesuagium unum. Mesuagia que habetis in villa de CARDIF et possessiones vestras in territorio ejus . cum pratis terris nemoribus mesuagiis et pascuis . in bosco et plano . in aquis et molendinis . in viis et semitis . et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus ad predicta loca vestra spectantibus.

Sane laborum vestrorum quos propriis manibus et aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris . vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere . et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere . discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis forte retinere presumpserit . licitum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dare sive alio modo alienari . absque consensu totius capituli vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint eas irritas esse censemus. Ad hec eciam prohibemus ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeat . vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium capituli vestri

providentia constitutum . nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere presumpserit non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis sive civilem sive criminalem contineant questionem fratrum vestrorum testimoniis uti . ne pro defectu testium jus vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus . ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad sinodos vel conventus forenses vos ire . vel judicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat . nec ad domos vestras causa ordines celebrandi . causas tractrandi . vel conventus aliquos publicos convocandi . venire presumat . nec regularem electionem abbatis vestri impediat aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus in cujus parrochia domus vestra fundata est cum humilitate ac devotione qua convenit requisitus substitutum abbatem benedicere et alia que ad officium episcopale pertinent vobis conferre renuerit . licitum sit eidem abbati si tamen sacerdos fuerit . proprios novitios benedicere et alia que ad officium suum pertinent exercere . et vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exibentur . ea sint episcopi forma et expressione contenti . que ab origine ordinis noscitur instituta . ut scilicet abbates ipsi salvo ordine suo profiteri debeant . et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarum vel ecclesiarum sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere . sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire autistitem . gratiam et communionem apostolice sedis habentem qui nostra fretus auctoritate . vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit interim omnia ecclesiastica sacramenta [a]vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis sic tamen ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum prejudicium generetur. Quia vero

interdum propriorum episcoporum copiam non habetis si quem episcopum ROMANE sedis ut diximus communionem habentem . et de quo plenam noticiam habeatis . per vos transire contigerit ab eo benedictiones vasorum et vestium . consecrationes altarium . ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere valeatis . Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis . excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverit . sive etiam in mercennarios vestros pro eo quod decimas non solvitis sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt . seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint . vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur eandem sententiam protulerint . ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam . nec littere ille firmitatem habeant quas tacito nomine CISTERCIENSIS ordinis . et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes . auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere . ignem apponere . sanguinem fundere . hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris ROMANIS pontificibus ordini vestro concessas . necnon et libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et principibus . vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus . et presentis scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare . aut ejus possessiones auferre . vel ablatas retinere . minuere . seu quibuslibet vexationibus fatigare . sed omnia integra conserventur . eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Si qui igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit . secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua

satisfactione correxerit . potestatis honorisque sui dignitate careat . reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat . et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri JHESU CHRISTI aliena fiat . atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri JHESU CHRISTI . quatinus et hic fructum bone actionis percipiant . et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

The sentences in the circular device at the foot are:—'Sanctus PETRUS.' 'Sanctus PAULUS.' 'INNOCENTIUS Papa III.' '+ Fac mecum . domine signum in bonum.' (Psal. LXXXV. 17.)

Ego INNOCENTIUS catholice ecclesie episcopus. S.[1]

'Bene valete' in a monogram.

† Ego OCT[AVIANUS] HOSTIENSIS et VELLETRENSIS episcopus. S.

† Ego JOHANNES ALBANENSIS episcopus. S.

† Ego JORDANUS Sancte PUDENTIANE titulo pastoris presbyter cardinalis. S.

† Ego HUGO presbyter cardinalis Sancti MARTINI titulo equitij. S.

† Ego JOHANNES titulo Sancte PRISCE presbyter cardinalis. S.

† Ego CENCIUS . Sanctorum JOHANNIS et PAULI presbyter cardinalis titulo PAMACHII. S.

† Ego GREGORIUS titulo Sancti VITALIS presbyter cardinalis. S.

† Ego BENEDICTUS titulo Sancte SUSANNE presbyter cardinalis. S.

† Ego LEO titulo Sancte CRUCIS in JERUSALEM presbyter cardinalis. S.

† Ego GRAT[IANUS] Sanctorum COSME et DAMIANI diaconus cardinalis. S.

† Ego GER[ARDUS] Sancti ADRIANI diaconus cardinalis. S.

† Ego GREGORIUS Sancti GEORGII ad velum aureum diaconus cardinalis. S.

† Ego HUGO Sancti EUSTACHII diaconus cardinalis. S.

† Ego JOHANNES Sancte MARIE in COSMIDIN diaconus cardinalis. S.

Datum ANAGNIE per manum JOHANNIS Sancte ROMANE ecclesie subdiaconi et notarii . XIJ. kalend. Decembr. indictione . VIJ^a. incarnationis Dominice anno M^o. CC^o. IIJ^o. Pontificatus vero domni INNOCENTII Pape IIJ. anno sexto.

The leaden bulla of the Pope is appended by strands of green silk.

Endorsed at various times—'Anno 1203.' 'Innocentius.' 'Kenfigge et Avan fluvios.' 'Margam.' 'Margan.'

(1) For 'Signavi.'

DCCXLVIII.

GRANT BY KING JOHN TO WILLIAM DE BRAOSE OF THE WHOLE LAND OF GOWER, WITH ITS BOUNDARIES.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BOOKS, VOL. I.]

23 FEB. 4 JOHN. 1203.

JOHANNES Dei gracia Rex ANGLIE Dominus HIBERNIE . Dux NORMANNIE . AQUITANNIE et Comes ANDEGAVIE . archiepiscopis . episcopis . abbatibus . comitibus . baronibus . justiciariis . vicecomitibus . ballivis . et omnibus ministris et fidelibus suis salutem.

Sciatis nos dedisse concessisse et presenti carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro . WILLELMO de BRAOSA totam terram de GUHER cum omnibus pertinenciis suis in WALLIA. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per servicium unius militis pro omne servicio. Quare volumus et firmiter precipimus . quod predictus WILLELMUS de BRAOSO et heredes sui post ipsum habeant et teneant totam predictam terram de GUHER cum omnibus pertinenciis suis in WALLIA de nobis et heredibus nostris per predictum servicium . sicut predictum est bene . et in pace . libere et quiete. Integre plenarie . et honorifice . cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis in omnibus locis et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus. Hiis testibus . BALDEWINO comite ALBEMARLIE . WILLELMO de HUMET . constabulario . NORMANNIE . RADULPHO TACONE . tunc senescallo NORMANNIE

ROBERTO de HARECURT . HUGONE de GORNACO . JOHANNE de PRATELLIS . PETRO de STOKES.

Datum per manum HUGONIS de WELL' apud ROTHOMAGUM . XXIIJ. die Februarij . anno regni nostri . quarto.

Logherne va desques a AMMAN e parte la terre de GOUHER e la terre de CARNEWALDHAU . AMMAN parte parentre GOUHER e ISKENNYN et le COMMOD p'ued desques alleueneldh. E lleueneth desques a CLAUDHOWEYN. E CLAUDHOWEYN desques a TOURTHE. TOURTHE departe entre GOUHER et la terre de BRECKENEU desques a TAWY. TAWY departe etre GOUHER e la terre le counte de GLOUCESTRIE desques a ABER GLEYS . GLEYS . desques a MEYNHIRYON . De MEYNHIRION . desques a CRIMELYN . de CRINELYN . desques a PULCANAN . De PULCANAN desques a NETH . De NETH . desques a la MEER . et cetera.

Marginal title—'La chartre de la terre de Gouher. E les bundes . de meime la terre.'

This is a very important document, and was frequently cited in law proceedings long afterwards.

DCCXLIX.

MEMORANDUM CONCERNING GRUFFUTH VREGH, LORD OF GLENTAWY, HIS OPPOSITION TO WILLIAM, SON OF JOHN DE BREUHUSE, THE LOSS OF THE WOODLANDS, THE LAW OF HOWEL DA SUPERSEDED, ETC.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BOOKS, VOL. I.]

Fayt a remembrer que GRUFFUTH VREGH' fust seygnour de GLINTAWY en acum tens epuis a la encontre sire GUILLAME de BREUHOSE filz sire JOHAN de BREUHUSE. Epuis pur aver la pees le seignour . si relessa il tous ses boys . a seygnour pur avoir les autres terres. E GRUFFUTH ap HOWEL . e OWEYN VACHAN et EYNON ap HOWEL e les autres gents de sus boys si alerent hors encontre le seygnour e puys quant il vindrent a la pees . en pees feysauntes

ensemblementes oue autre rau'son si relesserent il au seygnour tous leur boys a forestees issinc qe la pasture e lur autres terres leur demorassent . e qe la ley Howel Da feust desfayte e qe il peussent avoir la ley de xij. et denqueste . et cetera . et cele ley . et cetera. Les queux leys vnkes ne feurent en la meyn de nul des euntes de warewych ne de nul des seyngneurs de Breuhuse avaunt le tens avaundit . come en demeyn par quay illes porreient doner ne vendre . et cetera.

DCCL.

AGREEMENT BETWEEN CAERLEON AND MARGAM CONCERNING DIVISION OF LANDS BETWEEN THE RIVERS NEATH AND TAF.

[Harl. Ch. 75 A. 32.] 1203.

In nomine Sancte et individue trinitatis controversia que inter domum de Kaerlyun et domum de Margan mota fuit super Heneysneweht et pasturis inter Neht et Taph hoc modo sopita est . et per assensum utriusque conventus finali concordia terminata. Scilicet quod sicut Rotheni Maur a primo capite suo cadit in fluvium Taph . et ab illo capite in directum usque ad Fennaun Arthur . et a Fennaun Arthur usque ad Magnam Pòlam . et ab illa pola sicut aqua de Wrelec cadit in fluvium de Neht. Quicquid est infra hos terminos versus mare inter fluvium de Thaph et fluvium de Neht totum remanebit domui de Margan tam illud quod adquisierunt quam quod sibi adquirere poterunt. Ita quod infra hos terminos nichil remanebit domui de Kaerliun . neque de hoc quod ante hanc conventionem adquisierunt . neque de hoc quod postea adquirere poterunt. Ex alia vero parte quicquid est inter fluvium de Thaph et fluvium de Rotheni 'Maur' totum remanebit domui de Kaerliun . tam illud quod adquisierunt quam quod sibi adquirere poterunt . ita quod illi de Margan ibidem nichil sibi retinebunt de eo quod adquisierunt vel adquirere poterunt . excepta communa de Hyrwenunworgan . à rivalo Wrelec usque ad Aberdar . et nominatim quitum clamaverunt illi de Margan

domui de KAERLIUN totum clamium suum quod habuerunt de HENESNAWYT et infra predictos terminos sine omni retenemento in perpetuum excepta predicta communa de HIRWENUNWORGAN. Et pro hac quita clamatione dedit domus de KAERLIUN domui de MARGAN in capitulo suo VJ. libras argenti. Anno ab incarnatione Domini M°. CC°. IIJ°.

1. Seal wanting.

2. Seal, dark brown wax, fragmentary, 1⅛in diam. A right hand and vested arm, tasselled and cuffed, issuing from the right side, and holding a pastoral staff in pale. In the field three stars.

...... L' ABB'IS DE CARLIO ......

The word CYROGRAPHUM cut through at the top.

Endorsed—'Compositio inter domum de Margan et domum de Kaerliun.'

DCCLI.

GRANT BY ELIAS, THE CLERK OF NEWCASTLE, TO MARGAN OF LAND AT PENVEI.

[HARL. CH. 75 C. 39.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ELIAS clericus de Novo CASTELLO et MARIA mater ejus salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis Deo ibidem servientibus x. acras terre nostre quam tenemus in PENUEI propinquiores vie que vadit de Novo CASTELLO ad boscum in elemosinam liberam et quitam ab omni seculari servicio et consuetudine et omni exaccione sicut ulla elemosina liberius teneri potest et hoc fecimus pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum. Testibus HELIA capellano . JACOB clerico . ALEXANDRO de PUNIARDUN . HENRICO et HELIA monachis . WALTERO converso.

A fragment of a round seal, uncertain.

...... RETI.

Endorsed—'Helias clericus de x. acris.'

DCCLII.

GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, TO ROGER COLE, OF LAND IN THE FEE OF NEWCASTLE.

[Penrice MSS.]

Morganus filius Cradoci . omnibus Francis . Walensibus et Anglicis ad quos presentes littere pervenerint salutem et benedictionem.

Tam presentium quam futurorum noverit universitas quod ego Morganus famulo meo Rogero Cole pro servitio suo xx. acras terre de dominio meo in feudo Novi Castri desuper fontem quemdam qui dicitur Comeriswil dedi et concessi . quam sibi et heredibus suis de me et de heredibus meis jure hereditario possidendam permisi . solidam et quietam ab omni servitio reddendo annuatim unam libram cumini intra octabas Sancti Michaelis. Insuper ei eandem libertatem que ad dominium meum spectat et suis sequacibus . in planis in pascuis in nemore in foro in mora et in omni communione donavi. Huic donationi ut rata permaneat filii mei Leison et Orneus assensum prebuerunt. Et eandem ego scripti serie et testium comprobatione et sigilli appositione confirmavi. Hiis testibus . domino Rogero abbate de Margan . domino Urbano archidiacono . G. sacerdote . Helia clerico . Waltero preposito . David Puin' [Puinel?] Willelmo Alewi . Herberto Loc . Iorwerh . Ris filio Ornei . Rogero Aiphan . et multis aliis.

Seal of Morgan in red wax, 2⅛in. diam. Equestrian type.

+ SIGIL . . . . MARGAN . . . . ARADOCI.

Endorsed—'Donacio Morgani Rogero Cole'; and later, 'in dominio suo de Novo Castello.'

Roger Cole is possibly the English scribe's version of Roger Coh.

DCCLIII.

GRANT BY MORGAN, SON OF OWEN, TO MARGAM OF THE LAND OF HAVEDHALOK, BETWEEN THE WATERS OF KENFEG AND BAITHAN.

[PENRICE MSS.] ANTE 1205.

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego MORGANUS filius OWENY consilio et consensu parentum et heredum meorum dedi et concessi et hac carta mea confirmavi D. e. B. M. de MARGAN et m. i. D. s. in perpetuam elemosinam totam terram meam de HAVEDHALOK que jacet inter duas aquas scilicet KENEF' et BAITHAN . et vadit in montana usque ad crucem que sita est . juxta magnam viam . per easdem divisas per quas unquam eam melius et liberius tenuit OWENUS pater meus. Habendum et tenendum de me et heredibus meis imperpetuum. Reddendo inde michi et heredibus meis annuatim viginti solidos . octavo scilicet die ante natali Domini pro omni servicio . consuetudine . et seculari exactione. Hanc autem terram dedi eis cum bosco et plano . cum moris et mariscis . cum pratis et pasturis . in longum et latum cum omnibus aisiamentis et libertatibus suis . ut habeant et teneant eam de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius vel quietius potest teneri imperpetuum. Salvo michi et heredibus meis annuo redditu viginti solidorum sicut predictum est. Et ego et heredes mei hanc terram prefatis monachis warantizabimus et adquietabimus contra omnes homines tam propinquos quam extraneos imperpetuum. Et si aliquod servicium de prefata terra aliquando requisitum fuerit ego et heredes mei illud omnino faciemus et adquietabimus. Et sciendum quod ego MORGANUS affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN . juravi quod hec omnia predicta fideliter et sine dolo servabo et tenebo predictis monachis imperpetuum. Et ad majorem securitatem salvo tenore carte mee eis nos plegios inveni . scilicet HOEL filium TRAHARN . et GRIFFINUM filium MEURIC . et WILLELMUM et HOELUM fratres ejus . et RICARDUM filium MORED' et MORGANUM KAM . et ALAITH filium

YTHENARDI . et RESUM CHOCH. Hiis testibus . domino GERVASIO . MENEVENSI episcopo . in cujus presencia hec facta fuerunt . et qui in hujus rei testimonium huic scripto sigillum suum apposuit. MARTINO MENEVENSI archidiacono . Magistro MATHIA de BRECHEN' . Magistro H. de CLUNE . Magistro WILLELMO de CAPELLA . HENRICO de UMFRAMVILLA . REIMUNDO de SULIE . WILLELMO de SUMERY . WILLELMO de REIGNY . WILLELMO de CANTELE . PETRO BUTELLER . WALTERO LUVELL . Magistro RADULFO MAILOC . THOMA clerico . ROBERTO SAMSON . GRIFFINO ab KANAITH' . et multis aliis.

Two seals in green wax.

1. Pointed oval, 2¾in. by 1¾in. A Bishop, full length, on a pedestal, left hand grasping a plain staff, right hand and side gone.

Legend—'. . . . SIGILLUM . GERVASII . M . . . . . .'

Reverse—a smaller pointed oval counterseal, 2in. by 1¼ in. A Bishop.

'. . . . . NSIS . EPISCOPUS.'

2. A fragment, 1¼in. by ¾in. Device, a lily.

Legend—'+ s' . . . . . . AB . OEIN.'

Endorsed—' Carta Morgani filii Oweni de Hefedhaloch.'

This grant is included in King John's confirmation of 1205.

DCCLIV.

GRANT BY ROGER COLE TO MARGAM OF SEVEN ACRES AT NEWCASTLE.

[PENRICE MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . ROGERUS . COLE . salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN . consilio et consensu domini mei MORGANI et conjugis mee et filiorum pro salute anime mee et antecessorum de libero tenemento meo

apud CASTELLUM NOVUM VII. acras in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei imperpetuum. Testibus.

Entitled—'Carta Rogeri Cole de VII. acris apud Novum Castellum.'

DCCLV.

GRANT BY ROGER COLE TO MARGAM OF A FREE TENEMENT IN NEWCASTLE, WITH THE SANCTION OF MORGAN, HIS CHIEF LORD.

[PENRICE MSS.]

Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse Deo et Beate MARIE et monachis de MARGAN . consilio et consensu domini mei MORGANI et conjugis mee et filiorum pro salute anime mee et antecessorum de libero tenemento meo aput CASTELLUM NOVUM hanc terram in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione. Que videlicet terra habet ad occidentem rivum qui vocatur ELLENEPULLE LAKE et tendit ad orientem versus WITHEREL . set non pertingit illuc . et ad septentrionalem partem habet divisas terre de COITHCART . et austrum incipit cultura que vadit deorsum . versus magnam viam NOVI CASTELLI. Totam istam terram dedi predictis monachis sicut inter has divisas continetur pro IIIJ^or. acris . terre sive plus . sive minus ibidem habeatur. Et quia ego sigillum non habui . sigillo domini mei MORGANI . qui michi predictum tenementum dedit pro meo servitio . hanc cartam consignavi. Abbas vero predicti loci et monachi mee necessitati compatientes . unum bisantium dederunt in hujus recognitionem donationis. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Rogeri Cole de IIIJ. acris apud Novum Castellum.'

DCCLVI.

CONFIRMATION OF THE PRECEDING GRANTS BY MORGAN AP CARADOC, THE CHIEF LORD.

[Penrice MSS.]

Notum facimus universitati vestre nos pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum concessisse et presenti carta nostra confirmasse monachis de Margan donationem quam . Rogerus . Cole . homo meus et serviens fecit eisdem in puram et perpetuam et liberam elemosinam de libera terra sua aput Novum Castellum quam dedi ei pro suo servitio . ut . scilicet ipsi monachi habeant ipsam terram quam dedit eis pro iiij^or. acris que jacent ad orientem rivuli qui vocatur Ellenepulle lake proxime terre de Coitcart per divisas . quas in carta ipsius Rogeri continentur . sine omni servitio et seculari exactione et molestia et consuetudine . et ego ipsam donationem contra omnes homines warantizabo. Testibus.

Entitled—'Confirmatio Morgani de terra Rogeri Cole apud Novum Castellum.'

DCCLVII.

GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, TO MARGAM, OF THE LAND OF WALTER LAHELES, FOR A YEARLY MAUNDY.

[Penrice MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Morganus filius Cradoci salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et hac carta confirmasse monachis de Morgan in perpetuam elemosinam terram que fuit Walteri Laheles tenendam et habendam libere pacifice et quiete reddendo mihi et heredibus meus annuatim pro omni servitio consuetudine et exactione ij^os. solidos ad iiij^or. terminos anni scilicet ad unum quemque terminum vj^d. Nam totum reliquum quod comes solebat accipere et ego post ipsum ad annuum redditum de illa terra . scilicet

vj. solidos et iiij^or. denarios dedi predictis monachis pro anima mea ad mandatum pauperum fatiendum per conventum in cena Domini. Et volo ut hec elemosina mea in perpetuum in domo de Margan inviolabiliter ad hoc annuum mandatum faciendum assignetur. Hiis testibus Waltero Luuel. Ernulfo constabulario de Kenefeg. Stephano clerico. Griffino filio Kneithur. Reso Coh. David Puignel. Kenewrec filio Loarh. Thomas filio Ricardi. et multii aliis.

Seal, reddish wax, 2¼in. diam. A knight, armed, riding to the proper left, arm extended, with a sword. No visible armorial bearings.

Legend—'+ sigillum margani filii caradoci.'

Endorsed—'Donacio Margani de vj^s. et iiij^or. [d.] de Lahelest[on].

Walter Laheles or Lageles occurs in connection with Neath Castle in the Pipe Roll of 1184-5. He seems to have been the owner of Lahelesland or Laleston. Other grants by members of the family are given in and about A.D. 1244.

DCCLVIII.

GRANT BY MORGAN F. CARADOC TO MARGAM, OF LAND AT CLAKESTON NEAR LLANGEWI, AND AT LAGELESTON OR LALESTON.

[Penrice MSS.] 1205.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. Morganus filius Caradoci salutem.

Sciatis me c. et d. e. h. c. c. Deo et Beate Marie et ecclesie de Margan et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio consuetudine et exactione quinquaginta acras terre arabilis juxta Clakeston proximiores terre de Langewi. Concessi etiam eis donationem quam fecit Robertus filius Wian per easdem divisas sicut carta ipsius quam monachis inde habent testatur. Preterea concessi et dedi eis quater viginti acras in elemosina habendas et tenendas de me et heredibus meis imperpetuum inter Clakeston et Lageleston. reddendo annuatim pro omni servicio et consuetudine et exactione quadraginta denarios ad festum Sancti Michaelis. Ex quibus pre

manibus accepi redditus quinque annorum anno ab incarnatione Domini M°. CC°. V°. Et ego et heredes warantizabimus eis imperpetuum sicut elemosinam nostram. Hiis testibus . WILFRIDUS sacerdos . LUCAS clericus . ROBERTUS SEGIN . ROBERTUS SAMSON . ALAITHUR . RESUS COH . ROGERUS WIAN . ROGERUS AITHAN . DAVID PUINEL . WRUNU filius CADUGAN . MEURIC filius LUARH . YOUAF frater ejus . ROGERUS CAM . ANARAUD filius CNAITHUR . YSAAC ROHHAN . SEISIL filius LUARCH . TRAHARN filius SEISIL . et multi alii.

Seal, in red wax, of Morgan ap Caradoc. Fine impression. Equestrian type.

+ SIGILLUM MARGANI FILII CARADOCI.

Endorsed—'Donatio Morgani de terra quam nobis dedit apud Novum Castellum.'

DCCLIX.

GRANT BY THE SAME TO THE SAME OF LANDS BETWEEN WITHEREL AND ELLENPULLE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte e. f. p. et f. MORGANUS filius KARADOCI salutem.

Sciatis me c. et d. et h. c. c. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus in elemosinam totam terram quam habui inter WITHEREL et ELLENEPULLE lake et L. acres de ROFLESLOND proximiores terre eorum apud CLACCKESTON quam habent de HERBERTO SCURLAG . ut habeant et teneant predictam terram . liberam et quietam ab omni seculari servicio . consuetudine et omni exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei . in perpetuum . et hanc elemosinam feci eis pro anima patris mei . et matris mee . et pro animabus omnium antecessorum meorum et pro salute mea quando reddidi me domui de MARGAN in manibus. G. abbatis et hoc posui tunc in mea concessione . quod si in seculo obiero . corpus meum apud MARGAN sepeliatur. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Morgani filii Cradoci de L. acris et de adjectione alterius.'

DCCLX.

GRANT BY THE PRIOR OF ST. JAMES'S, BRISTOL, TO MARGAM OF LAND IN LEWIN'S MEAD.

[Penrice MSS.]

Sciant presentes et futuri . quod ego . W. dictus prior Sancti Jacobi de Brist[ollia] et monachi ibidem Deo servientes . concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus ecclesie Beate Marie de Margan . et conventui ejusdem loci . quandam terram in prato Leowini . illam scilicet quam Johannes filius Radulphi . le Utlage de nobis tenuit . quam etiam de dono Henrici Cumin habuimus. Tenendam et habendam predictam terram predicte ecclesie et ejusdem loci conventui . de nobis et successoribus nostris in perpetuum . reddendo inde annuatim . nobis et successoribus nostris xii. denarios ad festum Sancti Michaelis pro omni servitio. Quod ut magis ratum sit et inconcussum . presens scriptum sigilli nostri appositione dignum duximus confirmandum.

Entitled—'Cyrographum Prioris Sancti Jacobi de terra utlage.'

DCCLXI.

CONFIRMATION BY THE SAME TO JOHN, SON OF RALPH UTLAGE, OF LAND IN LEWIN'S MEAD.

[Penrice MSS.]

Sciant p. et f. quod ego W. prior ecclesie Sancti Jacobi de Brist[ollia] et fratres ejusdem loci . auctoritate et concessu venerabilis patris nostri Alani abbatis Theokesbirie et ejusdem loci conventus . concessimus . et hac carta confirmavimus . Johanni filio Radulphi Utlage . totam terram illam in prato Leowini . quam Radulphus pater suus emit de Ailwardo textore. Tenendam et habendam predictam terram de ecclesia Beati Jacobi sibi et heredibus suis . libere et quiete hereditabiliter . reddendo inde annuatim ecclesie Sancti Jacobi . xii. denarios ad festum Sancti Michaelis . pro omni servitio et exactione. Et in

mutatione heredum heredes sui dabunt ecclesie Sancti Jacobi . dimidiam libram piperis de recognatione. Quod ut ratum et stabile permaneat . presentem cartam sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de eodem.'

'Pratum Leofwini' is Lewin's Mead, near to St. James's Church in Bristol.

DCCLXII.

GRANT BY ENER BACHAN, BROTHER OF ALAITHUR, TO MARGAM, OF RIGHT IN FRUDUL.

[Penrice MSS.]

Sciant omnes p. e. f. quod ego Ener Bachan frater Alaithur concessi et quitum clamavi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et Beate Marie de Margan et monachis i. D. s. totum jus meum in terra de Frudul . ut habeant predicti monachi predictam terram in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis sicut donatorum carte testantur. Et ego et heredes mei predictam terram contra omnes homines warentizabimus predictis monachis in perpetuum. Et sciendum quod omnes terras que sunt infra terminos monachorum scilicet inter has aquas Avene de Kenefeg . et extra . cum omnibus pertinentiis suis prefate ecclesie liberas et quietas clamavi imperpetuum et super sanctuaria ejusdem ecclesie eas abjuravi. Insuper omnes quereles quas habui contra domum de Margan remisi et quietas clamavi. Hiis testibus . Stephano clerico de Kenefeg . Alaithur . Reso Coh . Johanne . et Wrunoch filio Justini . Roberto Pulmor et multis aliis.

Seal in dark green wax, 1⅝in. diam. Device, a central pellet and five concentric circles. Legend—' + zigill' . ener . vachan.'

Endorsed—'Carta Ener fratris Alaithur.'

DCCLXIII.

GRANT BY JOHN, THE CLERK OF BONEVILLE, TO MARGAM, OF A THIRD PART OF HIS LAND IN BONVILLE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit JOHANNES clericus de BONEVILLA salutem. Notum facio universitati vestre me concessisse . et dedisse . Deo et monachis de MARGAN . terciam partem terre mee in BONEVILLA . pro anima mea et antecessorum et successorum meorum . in elemosinam post mortem meam. Ita quod quam diu vixero fructus quoscunque potero inde percipiam. Et post mortem meam predicta terra eisdem monachis sicut pura elemosina quieta remanebit. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Johannis de Bonavilla de terra apud Bonevill.'

DCCLXIV.

GRANT BY JOHN DE BONVILLE TO MARGAM OF THIRTY ACRES IN THE FEE OF BONVILLE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte e. f. p. et futuris JOHANNES de BONEVILLA salutem.

Sciatis me c. et d. et h. c. mea conf. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus xxx. acras terre arabilis in feudo meo de BONEVILLA . consilio et consensu conjugis mee . et heredum meorum ut habeant et teneant predictas xxx. acras in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam . ab omni servitio seculari . consuetudine . et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest . per metas et divisas que circa ipsam terram sunt site. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de xxx. acras terre.'

DCCLXV.

NOTIFICATION BY JOHN DE BONVILLE THAT HE GRANTS TO MARGAM KARWIGAU, HELD OF HIM BY RICHARD NORRIS.

[PENRICE MSS.]

Karissimis dominis suis et amicis vicecomiti de KARD[IF] et baronibus de GLAMORGAN et liberis hominibus JOHANNES de BONEVILLA salutem.

Sciatis me concessisse et presenti scripto confirmasse . concessionem meam de terra mea quam RICARDUS NORRENSIS . tenet de me . de feudo meo aput KARWIGAU . monachis de MARGAN ut ipsi habeant eam in perpetuum . si ipsis et predicto RICARDO poterit convenire . in quocunque pacto convenerit eis salvo meo servitio. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Johannis de Bonavilla de Karwigau.'

DCCLXVI.

GRANT BY WILLIAM, SON OF JOHN DE BONAVILLA, TO MARGAM OF LAND IN THE FEE OF BONEVILLE.

[HARL. CH. 75 B. 16.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS de BONAVILLA filius JOHANNIS de BONAVILLA salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus xxxiij. acras terre arabilis in feudo de BONAVILLA per easdem metas et divisas quas tenuerunt tempore patris mei. De quibus xxxiij. acris antea tenuerunt easdem xxx. acras per unam aliam cartam. Duas enim cartas de patre meo habuerunt . unam que loquitur de xxx. acris . alteram que loquitur de eisdem xxx. acris et de tribus acris adjectis. Preterea concessi et confirmavi eis totam terram WILLELMI CITHAREDI. Scilicet xij. acras terre arabilis et dimidiam acram prati cum tofto. Et ex dono SUSANNE

quinque acras. Has omnes acras concessi et confirmavi predictis monachis in puram et perpetuam elemosinam habendas et tenendas libere . quiete et pacifice de me et heredibus meis ab omni servicio . consuetudine et exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius teneri potest et haberi inperpetuum. Hiis testibus HERBBERTO de Sancto QUINTINO . WILLELMO de LOND[ONIIS] . WALTERO de SULIA . RICARDO FLAMANG . WILLELMO de CANTELO . RICARDO sacerdote de BONAVILLA . magistro RADULPHO MAILOC . JOHANNE TORSI . et multis aliis.

Fine impression of the gem seal in red wax (as in DCCLXVII).

DCCLXVII.

GRANT BY WILLIAM DE BONAVILLA, WITH THE ASSENT OF HIS WIFE MABILIA, TO HENRY, SON OF JOHN, OF LAND IN BONVILESTUNE.

[HARL. CH. 75 B. 13.] EARLY 13TH CENT.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS de BONA VILLA assensu et consensu MABILIE uxoris mee et heredum meorum dedi et concessi HENRICO filio JOHANNIS V. virgatas terre apud BONEVILESTUNE . scilicet illas quas JOHANNES clericus tenuit que nuncupantur crofta JOHANNIS clerici. Tenendas et habendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere et quiete pacifice et integre in infinabiliter. In planis et in viis in semitis et in communis (*sic*) pasturis. Reddendo mihi et heredibus meis ipse et heredes sui in festo Beati ANDREE apostoli III. denarios . pro omni servicio et exactione . predictus vero HENRICUS dedit mihi in recognitionem VI. solidos. Ego etiam et heredes mei debemus warantizare predictam terram predicto HENRICO et heredibus suis contra omnes qui sunt vel nasci possunt. Et ut hec mea donatio rata et inconcussa permaneat eam presentis scripti serie cum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus . GALFRIDO de BONA VILLA . JORDANO fratre ejus . WALTERO FLANDRENSE . JOHANNE de CROFTA . WRONU filio CRADOCI . RICARDO capellano . T. clerico . et .

C. clerico . Willelmo filio Johannis . Galfrido fratre Ricardi sacerdotis . et multis aliis.

Seal, green wax, oval, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{7}{8}$in. Ancient gem of an Agnus Dei.

+ SIGILLUM . WILL'I . DE BONAVILLA.

Endorsed—'Bonevileston . . . . . . de . J. clerico.'

DCCLXVIII.

GRANT BY WILLIAM DE BONVILLE TO MARGAN OF LAND HELD BY THE TEMPLARS IN THE TIME OF HIS FATHER.

[Penrice MSS.]

Omnibus Sancte c. f. a. q. p. s. pervenerit . Willelmus de Bonevilla . filius Johannis de Bonavilla . salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta . confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et m. i. D. s. in p. et p. et perpetuam elemosinam . xl. acras terre arabilis . quas de Templariis tempore patris mei tenuerunt . reddendo illis annuatim pro omni servitio consuetudine et exactione xl. denarios. Has xl. acras si ego de Templariis dirationare potero . concessi et confirmavi predictis monachis in perpetuum tenendas et habendas de me et heredibus meis libere . quiete et pacifice . sicut antea de Templariis tenuerunt . scilicet reddendo michi et heredibus meis annuatim pro omni servicio xl. denarios. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Willelmi de Bonavilla de xl. acris.'

DCCLXIX.

ABJURATION BY RICHARD AND ROGER, SONS OF JOHN, CHAPLAIN OF BONVILLE, TO MARGAM, OF THE LAND HELD BY THEIR FATHER OF THE TEMPLARS IN BONVILESTON.

[Penrice MSS.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum v. vel a. Ricardus et Rogerus de Boneville filii Johannis Capellani salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos spontanea voluntate nostra et consilio amicorum nostrorum concessisse et quitum clamasse et abjurasse et presenti carta confirmasse D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus totum jus nostrum et totum clamium quod habebamus vel dicebamus nos habere in terra quam dictus JOHANNES pater noster tenuit de TEMPLARIIS in feodo de BONEVILEST[UN] ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus meis sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quiecius haberi vel teneri potest. Et sciendum quod affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAM juravimus quod illam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo et malo ingenio servabimus et contra omnes homines warantizabimus. Et ut premissa firmitatis robur obtineant huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio duorum filiorum Johannis Capellani in feudo de Bonavilla.'

DCCLXX.

GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, TO MARGAM, OF LAND IN THE MARSH OF AVENE.

[HARL. CH. 75 B. 30.] 1205.

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam pratum quod fuit COH in marisco de AVENE juxta BERGAS habendum et tenendum de me et heredibus meis libere et quiete reddendo annuatim pro omni servitio ad festum Sancti MICHAELIS xv. denarios. Et ego pre manibus accepi redditum trium annorum anno ab incarnatione Domini M^o. ducentesimo v^to. Et sciendum quod PHILIPPUS MOEL quitum clamavit predictum pratum coram

MORGANO domino suo et juramentum prestitit et plegios dedit quod nunquam illud calumniabit nec ipse nec heredes ejus. Hiis testibus DAVID PUIGNEL HERBERTO filio Palmarii ITHENARD filio ITHEL PHILIPPO . RICARDO WALEIS.

A brownish red seal, 2¼in. by 2in. Device, an equestrian figure riding towards the proper left. Legend—'+ SIGILLUM MARGANI FILII CA . . . . CI.'

Endorsed—'Donatio Morg' de prato Cohd,' and later, 'In marisco de Avan.'

DCCLXXI.

GRANT OF LAND TO MARGAM BY MORGAN, SON OF CRADOC.

[MARGAM MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Noverit universitas vestra quod ego MORGANUS ex communi consensu et assensu heredum meorum dedi et concessi et hac presenti carta confirmavi ecclesie Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus duas acras prati et unam arabilem jacentes in marisco de AVENE . que fuerunt JOWAN BRAUTVAIT. De quo vivente predicti monachi eas tenuerunt . libere et quiete et in pace . in puram et perpetuam elemosinam . sicut ulla elemosina liberius ac commodius dari potest aut haberi imperpetuum. Ita quod monachi decetero pro supradictis acris nemini respondebunt. Et sciendum quod has tres acras ego MORGANUS dedi monachis de MARGAN imperpetuum pro anima JOWAN BRAUTVAIT. Hiis testibus . WRGANO SACERDOTE . DAVID PUIGNEL . HERBERTO . IVOR filio JOWAN . GALFRIDO filio HERBERTI . et multis aliis.

Endorsed—'Carta ejusdem de duabus acris prati et unius arabilis . sine redditu.'

DCCLXXII.

GRANT BY KING JOHN TO HENRY OF ABERGAVENNY, BISHOP OF LLANDAFF, OF AN ANNUAL FAIR ON WHIT-MONDAY AND THREE FOLLOWING DAYS, AND A MARKET EVERY SUNDAY AT LLANDAFF.

[Ex Archivis in Turr. Lond. Cart. 7 John, m. 5.]

[B. Willis, Survey of Llandaff, p. 112.]

9 Sept. 7 John. 1205.

Rex concessit H. episcopo Landavensi quod ipse et successores sui haberent unam feriam singulis annis per quatuor dies in crastino Pentecostes et tribus diebus sequentibus et mercatum qualibet septimana per diem Dominicam apud Landaviam.

Datum apud Bristolliam ix. Septembris.

Title—'Episcopo Landavensi Landavise Feria concessa.'

Cf. No. LXVI.

Which fair, having become a very serious nuisance, was abolished towards the middle of the 19th century.

DCCLXXIII.

GRANT BY KETHERECH, SON OF JOHN DU, TO MARGAM OF FIVE ACRES OF THE LAND CALLED PEITHEVIN, *i.e*, THE "LAND OF THE POICTEVINE."

[Penrice MSS.]

Sciant omnes tam presentes quam futuris quod ego Ketherech filius Johannis Dv' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi D. et B. M. et m. de M. consilio et consensu conjugis mee et parentum et amicorum . pro salute anime mee . et fratrum meorum et parentum . et amicorum v. acras terre de libero tenemento meo in terram que vocatur terra Peitheuin . habendas et tenendas liberas et quietas ab omni servitio et seculari exactione in puram et perpetuam


elemosinam. Ita quod si aliquod servicium sive domini Regis . sive aliud fuerit inde aliquando requisitum . ego et heredes mee de reliqua terra illud faciemus ut monachi sint in omnibus in perpetuum quieti. Et sciendum quod predicte acre jacent juxta magnam viam que vadit de Kenefec versus Kardif per villam Walteri Lupelli . conjuncte et contigue ipsi vie ad meridianam partem . incipientes contra angulum prati Walteri Lupelli quod est ex altera parte predicte vie ad aquilonem. Et quia ego sigillum non habui sigillo prioris de Oweni hanc presentis donationis mee cartam consignavi. Testibus Willelmo Killemichael' . Eniawo filio Richeredi Breuel . Ketherech filio Cradoci Du . Grifino filio Keneithur Abherbert . Ithello filio Riwel . Jordano converso de Margan . Willelmo Portario . Godefrido monacho . Eniawo clerico.

Seal as the other nearly similar deeds.

Endorsed—'Ketherech de v. acris.'

Pointed oval seal of Ewenny Priory, red wax, fine but chipped. The Prior, standing turned slightly to the left, holding in the right hand a scroll, in the left a book.

+ SIGILLUM . PRIOR[I]S . SCI' . MICH[AEL' . DE] UGGOMOR'.



DCCLXXIV.

GRANT BY MORGAN, SON OF CARADOC, TO MARGAM, OF LAND AT NEWCASTLE, ETC.

[PENRICE MSS.] 1205.

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis p. e. f. MORGANUS filius CARADOCI salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. e. e. B. M. de MARGAN et m. i. D. s. in feudo firmam totam terram et pratum infra hos terminos . scilicet a terra quam monachi habent de PAGANO de TURBEREWILE sicut rivulus qui dicitur WITHEREL vadit ad magnam viam que dicitur GRENEWEI. Et sicut eadem via vadit ad terram SCURLAGE que dicitur CROKEREHILLE. Preterea partem more a rivulo qui descendit de TREIKIC ultimus versus occidentam usque ad terminos terre SCURLAGE. Et inde usque ad rivulum qui descendit de TREIKIC versus orientem. Et inde usque ad magnum lapidem ex hest parte rivuli. Et inde usque ad dumetum ALTHEBELIN. Et a rivulo ex hest (for *est*) parte de REDEFORDE usque ad TORRES. Et ex north de la more usque ad terram arabilem subtus TREIKIC. Hec omnia ego MORGANUS concedentibus filiis meis LEISAN et OWEIN et omnibus aliis concessi predictis monachis habenda et tenenda in perpetuum de me et heredibus meis reddendo annuatim pro omni servicio consuetudine et exactione decem solidos tantum . ad festum Sancti MICHAELIS. Ex quibus pre manibus accepi redditus quinque annorum anno ab incarnatione Domini M^o. CC^o. V^o.

Concessi etiam eis aisiamenta terre mee apud NOVUM CASTELLUM in bosco et in plano in moris in pasturis in aquas in semitis in viis. Et preterea terram que fuit WALTERI LAGELES tenendam de me et heredibus meis per eandem firmam quam reddere solebant WILLELMO comiti . scilicet octo solidos et IIIJ^or. denarios ad IIIJ^or. terminos anni. Et sciendum quod ego et filii mei juravimus nos hec omnia fideliter et absque dolo servaturos in perpetuum. Hec omnia ego et heredes mei dedimus predicte domui in elemosinam perpetuam liberam et quietam

ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione preter nominatam firmam. Hiis testibus. WILFRIDUS sacerdos. LUCAS clericus. ROBERTUS SEGIN. ROBERTUS SAMSON ALAITHUR. RESUS COH. ROGERUS WIAN. ROGERUS AITHAN. DAVID PUIGNEL. WRUNU filius CADOGAN. MEURIC filius LUARCH. YOUUAF frater ejus. ROGERUS CAM. ANARAUD filius CNAITHUR. YSAAC filius ROHHAN. SEISIL filius LOHARCH. TRAHARN filius SEISIL. WALTERUS prepositus. RICARDUS FABER. WALTERUS de MARCROS. CRADOC frater RESI COH. MADOC filius WRUNU. MEURIC filius CADUGAN. et multi alii.

Seal of Morgan ap Caradoc in red wax, chipped.

Endorsed—'Donatio Morgani in feudo Novi Castelli.'

DCCLXXV.

GRANT BY GRIFIN, SON OF CANETHUR, TO MARGAM, OF LAND IN KENEFEC.

[HARL. CH. 75 B. 34.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis GRIFINUS filius CANETHURI salutem.

Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse atque hac presenti carta confirmasse Deo et beate MARIE et ecclesie de MARGAN monachisque ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum sex acras terre arabilis in territorio de KENEFEC juxta illam terram proximas que vocatur terra PETEVIN. in puram et perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eas in perpetuum libere et quiete reddendo annuatim Regi IX. denarios ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servitio exactione et consuetudine seculari. Et sciendum quod hanc donationem concesserunt KENEWREC avunculus meus et MADOCUS frater meus. et illam se firmiter observaturos. affidaverunt. Hiis testibus HENRICO WILLELMO ANDREA monachis de MARGAN RICARDO CANETHURO ROGERO conversis de MARGAN KENEWREC avunculo meo et MADOCO fratre meo.

Endorsed—'Carta Grifini filii Kanethur. de VI^a.'

DCCLXXVI.

GRANT BY GRIFFIN AND OTHER SONS OF KNAITUR TO MARGAM OF KNAITUR'S LAND AT KILLECULM.

[Harl. Ch. 75 B. 33.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Griffinus filius Knaituri et fratres ejus scilicet Madocus . Kadaith . Anauroth . Ener salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totam terram de Killeculm quam pater noster Knaiturus et avunculi nostri dederunt predictis monachis cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et sciendum quod servitium quod antecessores nostri solebant facere ad coquinam comitis de predicta terra . nos et heredes nostri amodo faciemus de hereditate nostra de Traikic . ita ut predicta terra libera penitus et quieta prefatis monachis remaneat in eternum. Notandum etiam quod super sanctuaria ecclesie prescripte juravimus ad warantizandam hanc cartam predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus . Waltero de Sulia tunc vicecomite de Glamorgan . Ernaldo constabulario de Kenefeg . Stephano clerico . Ricardo de Dunestore . Osmero Cuuian . David filio Hely . Alaithu filio Ythenard . Reso Coh . Eniau et Tuder Cam filiis Rierred . Retherec et Ythel filius Riul.

Seal, brown wax, 1½in. diam., a rosette.

+ SIGILL' GRIFINI.'

Endorsed in late writing—'By frodelle,' and 'Kyllekulm.'

An excellent example of fine handwriting.

DCCLXXVII.

GRANT BY GISTELARD, SON OF JOHN, SON OF BELIUS, TO MARGAM, OF LAND NEAR THE WATER OF KENFIG.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris GISTELARD filius JOHANNIS filii . BELII . salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et m. i. D. s. omnem terram meam que est juxta aquam de KENEFEG . scilicet XL^a. acras per consilium et concessionem uxoris mee et filiorum meorum . ut habeant et teneant eam libere et quiete plenarie et honorifice ab omni seculari servicio et consuetudine et omni exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest imperpetuum ita tamen ut annuatim reddant IIIJ^or. solidos pro predicta terra dominò ejusdem terre. Et super reliquias de MARGAN juravimus ego et uxor mea et filii mei et parentes mei. ESPUS filius CARADOCI . TRAHARN filius CONANI . et KETHEREC frater ejus qui hanc convencionem warantizabimus et contra omnes homines. Pro hac autem convencione dederunt mihi predicti monachi IJ^as. marcas. Hiis testibus WILLELMO cellarario tunc . HELIA monacho . RICARDO tunc magistro de Sancto MICHAELE . GRIFFINO filio CNAITHURI . CONANO filio MERUITH.

Seal, dark wax, 1⅜in. diam. A sort of flowered star of six rays.

+ SIGILLUM GISTELARD.

Endorsed—'Carta Gistelard filii Johannis filii Belii de XL^a. acris.'

DCCLXXVIII.

GRANT BY JORUARD, SON OF GISTELLARD, TO MARGAM, OF LANDS AT CATPIT AND CORNELI, ETC.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego JORUARD filius GISTELLARDI . dedi et concessi . et hac presenti carta mea confirmavi . pro salute anime mee . et

antecessorum et successorum meorum. Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam totum jus meum in tota terra que fuit JEOVAF avi mei . scilicet apud CATTEPUT . XIJ. acras . et juxta terram HUGONIS de HEREFORD XIJ. acras . et unam acram prati . et XVI. acras apud CORNELI juxta terram WALTERI LUUEL. Habendam et tenendam de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servitio et exactione seculari . quantum ad nos pertinet . sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest. Et sciendum quod ego et omnes heredes mei . predictas terras abjuravimus imperpetuum . et eas predictis monachis contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus . WALTERO LUUEL . STEPHANO clerico . et RICARDO filio ejus . WASMERO . ALAYTHUR . RESO COCH . et multis aliis.

Round seal, dark green wax, 1½in. diam. An ornamented estoile of twelve rays.

+ SIGILL' . IERREVORDI . FILII . GISTELARDI.

Endorsed—'Carta Joruardi filii Gistelardi'; and later—'in Catput, Cornely, etcet.'

DCCLXXIX.

QUITCLAIM BY TUDUR AND OTHERS, SONS OF YORUARD AB GISTELARD, TO MARGAM, OF THE PEYTEVIN LAND.

[PENRICE MSS.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . TUDUR . CRADOC . KNAITHUR . ALATHU . GRONU filii YORUARD ab GISTELARD . salutem. Noverit universitas vestra quod nos consilio YORUARD patris nostri . et THATHERECH matris nostre et aliorum amicorum nostrorum quitum clamavimus Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. totum jus quod dicebamus nos habere in terra PEYTEUÍN . vel umquam habituros esse. Ita quod dicti monachi habeant et teneant dictam terram liberam et quitam ab omnibus nobis et ab omnibus heredibus nostris in perpetuum . et ut monachi omnino securi essent de nobis . affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus


quod numquam clamium vel querelam versus eos movebimus de eadem terra . quicquid contingat de TATHERECH matre nostra cujus occasione dicebamus nos habere jus in dicta terra. Hiis test'bus . MAURICIO persona de LANGENUTH . YORUARD ab ESPUS . ENER ab KNAYTU . WRONU DU . PHILIPPO ab KADUGAN . CRADOC ab RICARD . MEDEROD ab KANAN . et ROBERTO POYNZ . WILLELMO . WALTERO monachis . REREDO . HUGONE . ESPUS . conversis de MARGAN . et multis aliis.

Pointed oval seal, dark green wax, 1½in. by 1in.; an ornamental fleur-de-lis inverted.

+ SIGILLU' . FILIORU' . IORVERT . GISTELAR.

Endorsed—'Carta filiorum Joruard ab Gistelard.'

The following pedigree may be deduced from these charters:—



DCCLXXX.

MORGAN AB KADWATHLEI, OR KADFY, TAKES THE GRANGE OF EGLISKEINWER, AND THE STOCK OF THE ABBEY OF MARGAN, UNDER HIS PROTECTION AGAINST THE MEN OF BRECKNOCK AND SENGHENYDD AND THE SONS OF SEISIL AB LOWAR.'

[HARL. CH. 75 C. 19.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego MORGANUS ab KADWATHLEI recepi in custodiam meam grangiam de EGLISKEINWER et omnia averia monachorum de MARGAN . que sunt in terra mea vel prope terram meam ad

warantizandum contra omnes homines meos et omnes alios qui voluerunt mecum esse vel circa me frequentare . et maxime contra homines de BRECHINEOCH . et de SEINGEHENY . et contra filios SEISIL ab LOWAR. Et si aliquis predictorum ceperit averia eorum . ego ponam fidele posse meum ad ea liberanda. Quod si non fecero . ego pepigi cum eis quod reddam eis damnum suum de meo proprio. Preterea sciendum quod non permittam aliquem hominum meorum vel aliquem alium qui mecum esse voluerit vel circa me frequentare . terram ab eis calumniare . nisi in curia illa ubi debent rectum facere et accipere. Et ego MORGANUS juravi super sanctuaria ecclesie de MARGAN . quod hec omnia predicta servabo et tenebo prefatis monachis fideliter et sine malo ingenio. Hiis testibus . WILLELMO de LICHESFELD . RADULFO portario de MARGAN . fratre JUSTINO . WALTERO LUUEL . STEPHANO clerico . ALAITH . RESO COCH . GRIFFINO . ab KANAITH . ENEROUD fratre ejus . ROGERO KAM' . et multis aliis.

Round seal, red wax, 1¼in. diam. A lion passant contourné.

+ SIGILL' . MORGANI . FILII . KADFY.

Endorsed—'Protectio Morgani ab Cadwal.'

DCCLXXXI.

CONFIRMATION BY MORGAN AB CADWATHLAN OF HIS FATHER'S GRANT TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Omnibus S. e. f. p. et f. qui hanc cartam inspexerint MORGANUS filius KADWATHLAN salutem.

Noverit univers[itas] vestra me concessisse et hac carta mea confirmasse omnem donationem quam fecit CADWATHLAN pater meus domui de MARGAN et monachis i. D. s. de donatione terrarum quam fecit eisdem monachis et de pasturis et aliis aisiamentis in terra sua habendis . per omnia sicut karta ipsius testatur. Hanc donationem ego concessi predictis monachis plenius consilio et consensu amicorum

meorum . ut ipsi eam habeant et possideant in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam . ab omni seculari servitio et exactione. Et sciendum quod ego concessi predictis monachis plenius omnia pascua per totam terram meam . quam pro patre meo hereditare debeo . in bosco et plano . et in omnibus locis exceptis terris cultis et pratis. Et hanc ipsam donationem ego juravi super sanctas reliquias quod warantizabo eis contra o. h. in perpetuum et quod ego . protegam eos et catalla eorum . et custodiam pro posse meo in omnibus locis. Hiis testibus . ODONE de Novo BURGO MEURIC filio ROGERI VREN filio WEIR IVOR KELOIT et multis aliis.

Entitled—'Confirmatio Morgani ab Cadwathlan de Kevemahhaj.' Also, 'Carta Morgani filii Cadwathlan de donationibus patris, sui in terris pasturis et aisiamentis in terra sua habendis.' Also, 'Morgani filii Kadwathlan debet esse cum Kevemahhay.'

DCCLXXXII.

GRANT BY MORGAN AB CADWATHLAN TO MARGAM OF COMMON OF PASTURE.

[PENRICE MSS.]

Sciant omnes p. et f. quod ego MORGANUS ab CADWATHLAN . concessi et dedi in perpetuam elemosinam et hac carta m[ea] confirmavi Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus communam pasture mee de tota terra mea in longum et latum . tam ad equicium suum quam ad cetera . averia sua . excepto blado et prato . scilicet . versus orientem . sicut di[vise] vadunt inter terram meam . et terram HOELI filii MOREDU . et versus occidentem . sicut divise vadunt inter terram meam et ter[ram] MORGANI KAM . et versus austrum . per divisas que sunt inter me . et GILBERTUM de TURBERUILLE . et versus aquilonem . quantum terra mea se extendit erga partes illas . reddendo inde michi et heredibus meis annuatim unam marcam argenti ad duos terminos. Scilicet dimidiam marcam ad Pascha . et dimidiam marcam ad festum

Sancti MICHAELIS pro omni servicio et seculari exactio[ne. Et] ego et heredes mei warantizabimus eis predictam pasturam contra omnes homines in perpetuum. Quod si forte propter guerram vel aliquem alium casum non poterimus eis prefatam pasturam warantizare . vel si ipsi ad eam propter guerram vel aliquid aliud impedimentum non poterunt venire . cessabunt interim prefatam marcam . [done]c possint libere eandem pasturam frequentare. Et sciendum quod non permittam aliquem hominem n[ostrum] pl[acita]re eis aliquam pasturam . appropriando eam sibi excepto blado et prato. Et ego MORGANUS juravi super sanctua[ria] ecclesie de MARGAN . quod hec omnia predicta servabo et tenebo prefatis monachis fideliter et sine dolo . et malo ingenio. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Morgani ab Cadwatlan.'

DCCLXXXIII.

QUIT-CLAIM BY WALTER, SON OF CUNNOR, AND IVOR, HIS STEP-SON, TO MARGAM OF LAND BETWEEN THE TWO AVANS AND EMBROCH.

[PENRICE MSS.]


Sciant omnes quod ego WALTERUS filius CUNNOR . et IUOR privignus meus clamamus quietam abbatie de MARGAN . totam terram quam tenuimus inter duas AVANAS . et illam de EMBROCH . et quicquid intra metas abbatie tenuimus in bosco . et plano . et pascuis . sicut puram elemosinam predicte abbatie quam non habueramus nisi pro censu dando scilicet annuatim duos nummos pro acra et hoc ad terminum . et cum bona pace et sponte nostra forisjuravimus eam inperpetuum super altare et reliquias ejusdem loci. Juravimus etiam quod si quis aliquo tempore sive de propinquis nostris sive de extraneis eam calumpniari presumpserit . nos stabimus ad warentizandum eam abbatie contra omnes homines ubicunque necesse fuerit. Sciendum etiam quod uxor mea TANGUISTEL scilicet mater IUOR privigni mei cum ceteris filiis suis et matre sua KENERIS id ipsum totum quod fecimus cum bona pace et sponte sua concesserunt. Et quia nos ipsi sigilla non

habuimus . sigillo ecclesie de LANDAF et sigillo WILLELMO de LONDONIIS . et PAGANI de TURBERUIL' . quod fecimus super hac re hoc scripto confirmavimus. Pro eo quod in pace dimisimus has terras abbatie . dederunt nobis monachi xx$^{ti.}$ solidos et quadraginta nummos. Hujus rei plegii sunt . WILLELMUS de LONDONIIS . PAGANUS de TURUILL' et HUGO avunculus ejus . SYMON de TURBERUILL' . WALTERUS LUUEL . et WALTERUS filius ejus . THOMAS de CORNELI . JOHANNE de CROELI . MICHAEL de NOVA UILLA . RODBERTUS filius EILMERI . KENEITHUR filius HERREBERTI . et WILLELMUS frater ejus . WASSENFREI.

Three seals originally, only the first now remains; in red wax, 1⅞in. diam. A figure in armour, on horseback, riding to the proper left, blowing a horn. Legend is very illegible—'[+ SIGI]LLUM . PAGANI . DE T'BERVIL' . . . .'

Endorsed—'Cessio Walteri filii Cunnor et parentum ejus á terra quam tenuerunt á nobis inter duas Avanas.'

The pedigree seems to stand thus :—



DCCLXXXIV.

GRANT BY THE SONS OF YORVERD AB ESPUS TO MARGAM OF THE LAND BETWEEN CUM-KERUM AND FRUDUL.

[PENRICE MSS.] EARLY 13TH CENT.

Sciant presentes et futuri quod ego WILIM ab JORUERD . MADOC ab JORUERD . et ESPUS ab JORUERD . et JORUERD vachan . fratres mei consensu matris nostre WENTHIAN et fratrum nostrorum . et omnium parentum nostrorum dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus D. et e. S. M. de M. et m. i. D. s. totam terram nostram inter CUMKERUM et sursam de FRUDUL cum omnibus pertinenciis suis tenendam et habendam de nobis et heredibus nostris per easdem divisas per quas pater noster JORUERD ab ESPUS . et ESPUS avus

noster . et CRADOC ab JEVAN DU . eam tenuerunt. Ut habeant et teneant eam in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine . et exactione . et demanda . sicut ulla elemosina melius et liberius haberi et teneri potest. Nos vero et heredes nostri predictam terram cum omnibus pertinenciis suis contra omnes homines mortales imperpetuum warantizabimus. Et ista donacio nostra et concessio rata et stabilis permaneat . huic scripto sigilla nostra communi assensu apposuimus. Hiis testibus . WALTERO de SULIA . HENRICO de HUMFRAMVILL' . WILLELMO FRANDENG' . MORGANO VACHAN . GRIFINO ab RES . GRIFINO VACHAN . JEUAN ab WRONU . et multis aliis.

Four seals, 1in. diam., in dark green wax.

1. The field, replenished with pellets, in pale a lance flag, charged with four chevrons. The banner flying to the proper left. Legend—'+ S' . WILL'I . FILII . JORUER AB ESP'.'

2. The same. '+ S' . MADOCI . FILII . YORVHET . AB . ESP.'

3. Similar device, flag to right. '+ S' . ESPUS . FILII . YERVHET . AB . ESP.'

4. As 1 and 2. '+ S' . YORVHET . VAHAN . FIL' . YORV . AB . ESP.'

Endorsed—'Carta filiorum Yerword ab Espus.' 'A deed of all the lands betwixt Cumkeroum and Ffrudell.'

Jorverd ab Espus occurs 1249, 1234, 1248.

DCCLXXXV.

CONFIRMATION BY A[RNALDUS] ABBOT, AND THE ASSEMBLED ABBOTS OF THE CHAPTER GENERAL OF CITEAUX, OF THE AGREEMENT BETWEEN TEWKESBURY AND MARGAM CONCERNING THE TITHES OF KENEFEC.

[PENRICE MSS.] 1206.

Frater A. dictus abbas CISTERCIJ totusque conventus abbatum capituli generalis . omnibus hec visuris in posterum salutem et omne bonum.

Sciatis nos concessisse et confirmasse compositionem factam inter domum de MARGAN et domum de THEOKESBERI super decimis et aliis pertinentibus ad ecclesiam de KENEFEC sicut scriptum autenticum assensu utriusque capituli compositum attestatur.

Datum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexto.

Seal gone.

Endorsed—'Confirmatio capituli generalis Cisterciensis de ecclesia de Kenefeg.'

Arnaldus I., 17th abbot of Citeaux, A.D. 1206—1212.

DCCLXXXVI.

GRANT BY GILLE SEIS OF TWENTY-FOUR ACRES TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Gille SEIS dedi et hac karta confirmavi Deo et B. M. de M. et m. i. D. s. in perpetuam elemosinam xx^ti. IIIJ^or. acras terre cum pertinentiis suis que jacent inter terram DIUERIC . et terram YUOR ab WIAN . quarum etiam una acra et dimidia jacet inter terram WILLELMI GILLE et terram MEI . et I. acra ex opposito in sudparte vie illius. Has xx^ti. IIIJ^or. acras cum prato scilicet XIJ. quas tenuit pater meus . et XII. quas ego emi de WETHELEU filii YUOR dedi prefatis monachis in perpetuam elemosinam habendas et tenendas libere quiete et pacifice absque omni seculari consuetudine et exactione preter servicium domini Regis. Scilicet IIJ. solidos. Et sciendum quod ego et RETHEREH frater meus et consanguinei mei juravimus super sanctuaria ecclesie quod nos et heredes nostri hanc donationem predictis monachis warantizabimus contra omnes homines tam propinquos quam extraneos in perpetuum . sicut liberam elemosinam nostram. Hujus rei plegii sunt RETHEREH frater meus . RESUS COCH . CRADOC frater ejus . ALAITHUR . WRUNU ab WIAN . WORUERD ab GISTELARD. Et sciendum quod quando feci eis hanc donationem . domus ipsa

me recepit in plenam fraternitatem . et concessit mihi ut quandocunque voluerim ibidem habitum conversi suscipiam . si eorum ordo me recipere poterit . id est si non habuerim uxorem vel nimietate debitorum fuimus astrictus . vel aliquid tale contigerit . pro quo non possim recipi.

Seal in red wax, pointed oval, 1¾in. by 1⅛in., a sort of spear-bladed lily.

+ SIGILL' . GILLE . SEIS.

Endorsed—'Gille Seis de XXIIIJ. acris.'

DCCLXXXVII.

GRANT BY DIUERIC, SON OF JOHN, SON OF JOAF, TO MARGAM, OF LAND HELD BY HIS FATHER OF EARL WILLIAM.

[PENRICE MSS.] No DATE.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris DEUREC[1] filius JOHANNIS filii JOAF . salutem.

Sciatis me consilio et consensu amicorum et parentum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam XII$^{cim.}$ acras terre arabilis . et duas prati quas pater meus JOHANNES filius JOAF tenuit de comite WILLELMO et ego post eum reddendo annuatim domino meo pro omni servicio XVIIJ$^{to.}$ denarios. Has igitur XII$^{cim.}$ acras terre arabilis et duas prati dedi prenominatis monachis . ut eas habeant et teneant libere et quiete ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest salvo servitio domini mei . scilicet XVIII$^{o.}$ denarios . quos predicti monachi annuatim domino meo reddent quamdiu terram tenuerint. Et ego DIUERIC filius JOHANNIS filii JOAF affidavi et super sanctuaria ecclesie juravi . quod hanc donacionem eis in perpetuum contra omnes homines warantizabo. Hiis testibus . HENRICO de PENEBRUGE . tunc vicecomite . HELIA clerico . RADULPHO MAILOC . HERNARDO[2] constabulario . OSMERO CUUIAN . WILLELMO de

LICHESFEL . TOMA de BRISTOU . monachis de MARGAN . ESPUS filio CRADOCI . GRIFFINO filio GNAITHURI . JOHANNE presbitero . STEPHANO clerico de KENEFEG.

Seal, dark wax, 1⅝in. diam. Device indistinct.

Legend—'+ . . . . DIUERIC.'

Endorsed—'Carta ejusdem de eisdem acris.'

(1) The copy in a roll reads 'Diueric.' (2) 'Ernaldo,' copy in a roll.

DCCLXXXVIII.

GRANT BY DIUERIC, SON OF JOAF, TO MARGAM OF LAND BETWEEN CORNELI AND ST. MICHAEL'S GRANGE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . DIUERIC salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et B. M. de M. et M. de MARGAN pro salute anime mee . terram meam quam habui inter CORNELI et grangiam de Sancto MICHAELE . scilicet XII^cim. acras terre arabilis et duas acras . prati in elemosinam . ut ipsi monachi habeant et possideant terram illam in perpetuum sicut ego eam tenui . scilicet pro solummodo XVIII°. denariis per annum quos dabunt apud KENEFEG in gabulum. Et ego et heredes mei warantizabimus eis terram illam inperpetuum contra omnes homines. Et sciendum quod quando feci eis hanc donacionem caritative dederunt mihi duos solidos. Hiis testibus WILLELMO de LICHESFELD . WILLELMO de PUNCHARDUN . WILLELMO tunc portario et RICHARDO monachis . ROGERO WILLELMO conversis de MARGAN . GRIFFINO filio CNAITHIN . ESPUS filio GISTELARD et multis aliis.

Endorsed—'Carta Diueric filii Joaf de duodecim acris.'

DCCLXXXIX.

GRANT BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF THE LAND OF ROSSAULIN, BETWEEN THE STREAMS, WRACH, CLEUDACHCUMKAKE, AND NETH, ETC.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. LEISAN filius MORGANI salutem.

Sciatis me consilio et consensu patris mei et amicorum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et e. Sancti M. de MARGAN et m. qui ibidem Deo serviunt in perpetuam elemosinam totam terram de ROSSAUL[IN] cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et in omnibus aliis aisiamentis suis per has divisas . scilicet quicquid continetur inter aquam que dicitur WRACH . et aquam que dicitur CLEUDACHCUMKAKE . et inter aquam de NETH et viam magnam que vadit per montana de TORBETHEL usque ad GLINWRACH . et omnes commoditates aque de NETH inter duas aquas prenominatas scilicet WRAC et CLEUDACHCUMKAKE et communem pasturam totius terre mee in montanis inter AVENAM et NETH ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei contra omnes homines in perpetuum. Et hec omnia me fideliter et firmiter tenere super sacrosancta juravi pro me et heredibus meis. Hiis testibus . HELIA tunc decano de NOVO CASTELLO . MAURICIO presbitero . MARTINO presbitero . HENRICO presbitero . DAVID presbitero . ROGERO filio WIAN . DAVID PUIGNEL . JOHANNE SOOR . GRUNU filio JOHANNIS et multis aliis.

Dark red seal, bearing the kneeling figure of the owner, as in DCCXCII. The label inscribed—'de primo sigillo.'

Endorsed—'Leisan de Rossaulin et communem pasturam inter Avan et Neth.'

DCCXC.

GRANT BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF COMMON OF PASTURE ON THE EAST SIDE OF THE NETH.

[PENRICE MSS.]

Universis Sancte ecclesie filiis p. e. f. LEISAN filius MORGANI salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu patris mei et amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte M. de MARGAN e. m. q. i. D. serviunt . in elemosinam . communem pasturam totius terre mee ex estparte de NETH quantum terra mea durat in longum et in latum . ubique et in boscho et in plano ad omnia aisiamenta sua ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest . ita quod nunquam admittemus neque ego neque heredes mei aliquos viros religiosos in pasturam ipsam preter predictos monachos. Et sciendum quod ego et pater meus super sanctuaria juravimus quod hec omnia firmiter et fideliter observabimus et predictis monachis warantizabimus contra omnes homines tam religiosos quam seculares sicut elemosinam nostram in perpetuum. Hiis testibus . HELIA tunc decano . MAURITIO presbytero MARTINO presbytero HENRICO presbytero DAVID presbytero ROGERO filio WIAN DAVID PUIGNEL JOHANNE SOOR GRUNU filio JOHANNIS.

Seal, dark red wax, 1½in. diam. An armed figure riding to the proper left, right arm extended, sword raised. Legend—'+ SIGILL' LEISAN FIL' . MORGANI.' The label of the seal is inscribed—'de secundo sigillo.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan de communi pastura'; added in a later hand—'ex east parte de Neth.'

DCCXCI.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF HIS FATHER'S GRANTS TO MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. LEISAN filius MORGANI salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse D. et e. Sancte M. de MARGAN et m. i. D. s. omnes donationes et confirmationes quas pater meus MARGANUS fecit eis in elemosinam ut habeant illas ita libere et quiete in omnibus sicut carte et scripta patris mei testantur. Et ego et heredes mei warantizabimus eas prefatis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus . HELIA decano de Novo CASTRO . MAURICIO presbytero Sancti CADOCI . HENRICO presbytero de PONTE . DAVID PUIGNEL . ANDREA tunc cellarario de MARGAN . WILLELMO del VAL monacho . GNAITURO converso ejusdem domus.

Seal, dark wax, 2in. diam. A seated figure of a Bishop with his right hand lifted and fingers extended in the act of giving a benediction to a kneeling, bare-headed figure, with his hands joined in prayer.

+ SIGILLUM LEISAN FILII MORGANI.

The label of the seal is inscribed—'De primo sigillo.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan de omnibus elemosinis patris sui.'

DCCXCII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, SON OF CARADOC, TO MARGAM OF HIS FATHER'S GRANTS IN AVEN, NEWCASTLE, ETC.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte e. filiis p. et f. LEISAN filius MORGANI filii KARADOCI salutem.

Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse D. et B. MARIE et M. de MARGAN omnes donationes et conventiones et nominatim in territorio de AVENA

et de Novo CASTELLO quas pater meus MARGANUS filius KARADOCI et homines ejus fecerunt predictis monachis ut habeant et teneant eas sicut eorum carte testantur liberas et quietas ab omni consuetudine seculari et servitio et exactione sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et ego warantizabo eas prefatis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hanc autem confirmationem feci quando corpus meum dedi prefate domui ut ibi sepeliatur cum mortuus fuero. Hiis testibus . HELIA decano de Novo CASTELLO . MAURITIO presbytero Sancti CADOCI . HENRICO presbytero de PONTE . DAVID PUIGNEL . ANDREA tunc cellarario de MARGAN . WILLELMO de VALLE monacho . GNAITURO converso ejusdem domus.

Seal, red wax, 1½in. diam. Equestrian type as before (see No. DCCXCI).

Legend—'SIGI . . . . L' MORGANI.'

Endorsed—'Confirmatio Leisan generalis.' And in a later hand—'de terra in Aven et Novo Castro.'

DCCXCIII.

CHARTER BY ISABELLA, COUNTESS OF GLOUCESTER, AFTER THE RUPTURE OF HER MARRIAGE WITH KING JOHN AND BEFORE THAT WITH THE EARL OF ESSEX.

[PENRICE MSS.] POST 1208.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego ISABEL comitissa GLOUCESTRIE concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de KENEF[EG] scilicet et totam terram PETETEUINI[1] per divisas suas cum pertinenciis suis et totam terram HUGONIS de HERREFORD' per divisas suas cum pertinenciis suis et totam terram WALLENSIUM[2] pro qua solebant reddere annuatim XXX. duos solidos ballivis de KENEF[EG] et totam Moram de HAVED-

HALOC inter duas aquas scilicet KENEF[EG] et BAITHAN. Tenendas de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius et quiecius potest teneri. Et ex dono WILLELMI de LOND' et heredum ejus totam terram de EGLESKEYNWIR[3] cum pertinenciis suis sicut carte ipsorum testantur et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLA et heredum apud LANDMEUTH[IN].[4] Testibus etc.

(1) Cf. No. LXXXIX. (2) Cf. No. CXXI. (3) No. CCVII. (4) No. XLV.

Isabel, third daughter and co-heir of William Earl of Gloucester, married John Earl of Moreton, and was divorced soon after his accession to the throne in 1199. She then married Geoffrey Earl of Essex, and in her right Earl of Gloucester, and after his death, in 1216, she married Hubert de Burgh, created Earl of Kent, who died 1243. She died s.p., and was succeeded by her nephew, Almeric d'Evreux, who died 1226, s.p., when another nephew, Gilbert de Clare, succeeded.

After 1208, when this donation was given.

DCCXCIV.

CHARTER BY THE SAME COUNTESS, CONFIRMING LANDS, ETC., TO MARGAM.

[PENRICE MSS.] 1200—1214.

Sciant omnes p. et f. quod ego ISABEL comitissa GLOUCESTRIE concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et Beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de KENEFEG. Scilicet totam terram PEITEVIN' per divisas suas cum pertinenciis suis. Et totam terram HUGONIS de HEREFORD per divisas suas cum pertinenciis suis. Et totam terram WALENSIUM pro qua solebant reddere annuatim XXX. IJ. solidos ballivis de KENEFEG. Et totam Moram de HEVEDHALOK inter duas aquas scilicet KENEFEG et BAITHAN . tene[n]das de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio. consuetudine . et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. Preterea concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes quas eis fecerunt ROBERTUS comes avus meus . et WILLELMUS comes pater meus .

scilicet omnes terras cum pertinenciis suis inter KENEFEG . et ulteriorem ripam aque de AVENE ulterioris . que est ad occidentem hermitagii THEODORICI. Et sicut montana tendunt a sursa aque de KENEFEG . usque ad locum MIDDELCROS . et inde tunc sursum usque ad BLAIN-NANT-DISCULUA . et inde usque ad RIDKE-VELECHY . et inde sicut AVENE descendit in mare. Et totam WREK inter KENEFEG et AVENE. Et unum burgagium in KENEFEG. Et unum burgagium in KAERDIF. Et unum burgagium in NOVO BURGO. Et unum burgagium in BRISTOLLIA. Insuper etiam concessi eisdem monachis et confirmavi donationes liberorum hominum meorum . scilicet terram STURMY per divisas suas cum pertinenciis suis . unde habent confirmationem patris mei. Et quicquid habent ex dono GILLEBERTI GRAMUS et heredum ejus. Et quicquid habent ex dono burgensium de KENEFEG et liberorum hominum in villa de KENEFEG . vel extra in eodem feudo. Et ex dono MORGANI filii OWENI HEVEDHALOK. Et totam feudum de LANDGEWY ex dono DAVID SCURLAG et antecessorum et heredum ejus . et concessione NICHOLAI PUINZ . sicut carte ipsorum testantur. Et quicquid habent ex dono PAGANI de TURBERUILLA et heredum ejus in KOITHCARTH. Et ex dono filiorum HERBERTI KITHLECULLUM per divisas suas. Et terram LACHELES et alias[1] donationes ibidem sicut carte donatorum testantur. Et quicquid habent ex dono MORGANI filii CARADOCI et heredum ejus in marisco de AVENE . et BERCHIS . et ROSSAULIN . et communem pasturam in montanis inter TAF et NETH . et PULTIMOR aput LANDMEUTHIN. Et ex dono WILLELMI de LONDON' totam terram de EGLISKAINWYR cum pertinenciis suis sicut carte quas inde habent testantur. Et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLE et heredum ejus aput LANDMEUTHIN. Et BRADINGTONE. Et XII. acras quas ibidem habent ex dono URBANI sacerdotis de PENDIVELIN'. Et ex dono HUGONIS de LANDKARVAN et heredum ejus XXXIIJ. acras. Et ex dono ADE de SUMERY XIJ. acras. Et ex dono JORVARTH filii JUSTINI IJ. acras. Et quicquid habent ex dono JOHANNIS de BONEVILLA et heredum ejus aput BONEVILLESTONE. Et ibidem ex dono TEMPLARIORUM XL. acras. Et ex dono

Maredu et heredum ejus communam terre sue in boscis et pasturis quantum opus habuerint ad grangiam suam de Landmeuthin. Et quod habent ex dono Roberti Samsonis in feudo Sancti Nicholai. Et quioquid habent ex dono burgensium de Kaerdif . vel liberorum hominum in eadem villa vel extra.

Hec omnia concessi et confirmavi predictis monachis de Margan . habenda et tenenda in perpetuum sicut karte donatorum quas inde habent testantur. Concessi etiam eis et confirmavi omnes alias donationes eis rationabiliter factas vel faciendas simul et venditiones et invadiationes . sicut carte donatorum . venditorum . et invadiatorum . quas inde habeant testantur vel testabuntur. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant omnia predicta bene et in pace . libere et quiete . integre et plenarie . et honorifice . in bosco et plano . in viis et semitis . in aquis et molendinis . in vivariis et stagnis . in moris et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis locis et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis . sicut predictum est. Hiis testibus domino Henrico Landavensi episcopo Urbano Landavensi archidiacono . Nicholao Puinz . Henrico de Umframvill'. Johanne de Sancto Quintino . Waltero de Sulie . Baldewino de Swinesheued tunc vicecomite . Gillebberto de Turberuill' . Ricardo Flammang' . Willelmo de Cantelw . Radulpho Mailok Reimundo de Suly . Willelmo le Sor . Radulpho de Cliuedun . et multis aliis.

Seal of the Countess, imperfect and indistinct.

[+ SIGILL]UM . ISABEL' . COMITI[ISSE . G]LOECESTRIE . ET . MOR[ETUNIE].

Reverse, as described further on.

Endorsed—'Confirmatio Generalis Ysabele comitisse de Gloecestria de omnibus tenementis nostris,' etc.

(1) 'ailias' MSS.

DCCXCV.

CHARTER BY GEOFFREY, EARL OF GLOUCESTER AND ESSEX, TO MARGAM.

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego . Gaufridus de Mandevilla . comes Gloucestrie et Essexie . consensu et consilio . Isabel uxoris mee comitisse Gloucestrie . concessi et dedi . et hac presenti carta mea confirmavi . pro salute anime mee . et antecessorum et successorum meorum . Deo et Beate Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus . in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de Kenef[eg]. Scilicet totam terram Peitevini . per divisas suas cum pertinentiis suis. Et totam terram Wallensium . pro qua solebant reddere annuatim xxxij. solidos . ballivis de Kenef[eg]. Et totam terram Hugonis de Herefordia per divisas suas cum pertinentiis suis. Et totam moram de Havedhaloc . inter duas aquas scilicet Kenef[eg] . et Baithan . tenendas de me . et heredibus meis . libere et quiete . ab omni servitio consuetudine . et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. Preterea concessi eisdem monachis . et confirmavi omnes donationes quas eis fecerunt Robertus . et Willelmus comites Gloucestrie. Scilicet omnes terras cum pertinentiis suis inter Kenef[eg] . et ulteriorem ripam aque de Avene ulterioris que est ad occidentem hermitagii Theoderici . Et sicut montana tendunt a sursa aque de Kenef[eg] . usque ad locum Middelcros . et inde in transversum usque ad Blainant Disculua . Et inde usque ad Ridkeuelechi. Et inde sicut Avene descendit in mare . Et totum wrek inter Avene . et Kenef[eg]. Et unum burgagium in Kenef[eg] . et unum burgagium in Kaerdif . et unum burgagium in Novo Burgo . et unam burgagium in Bristollia. Insuper concessi eisdem monachis et confirmavi donationes liberorum hominum meorum . scilicet terram Sturmi . per divisas suas cum pertinentiis suis . unde habent confirmationem Willelmi comitis Gloucestrie . Et quicquid habent ex dono Gilleberti Grammus . et heredum ejus . Et quicquid habent

ex dono burgensium de KENEF[EG] . et liberorum hominum in villa de KENEF[EG] . vel extra in eodem feudo . Et ex dono MORGANI filii OWENI . HAVEDHALOC . Et totum feudum de LANGEWI . ex dono DAVID SCURLAG . et antecessorum et heredum ejus . et concessione NICHOLAI PUINZ . sicut carte ipsorum testantur . Et quicquid habent ex dono PAGANI de TURBERVILLA in COITHCARTH . Et ex dono filiorum HERBERTI . KILLECULUM per divisas suas. Et terram LAGELES . apud LAGELESTUN . Et quicquid habent ex dono MORGANI . filii CARADOCI . et heredum ejus in marisco de AVENE . et BEREGHES . et ROSSAULIN . et communam pasturam (*sic*) in montanis inter THAF et NETH . Et PULTIMOR apud LANMEUTHIN . Ex dono WILLELMI de LOND[ONIIS] et heredum ejus totam terram de EGLISKEINWIR cum pertinentiis suis sicut carte ipsorum testantur . Et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLA . et heredum ejus apud LANMEUTHIN . et XIJ. acras quas ibidem habent ex dono URBANI sacerdotis de PENDEULIN . Et ex dono HUGONIS de LANCARVAN . et heredum ejus XXXIIJ. acras . Et ex dono ADE de SUMERI XIJ. acras . Et ex dono JORUARDI filii JUSTINI duas acras . Et quicquid ex dono JOHANNIS de BONEVILESTUN et heredum ejus apud BONEVILLESTUNAM . Et ibidem ex dono TEMPLARIORUM XL.ª acras . Et ex dono MAREDUTH et heredum ejus . comunam terre sue in boscis . et quantum opus habuerint ad grangiam suam de LANMEUTHIN . Et quod habent ex dono . ROBERTI SANSON' . in feudo Sancti NICHOLAI . Et quicquid habent ex dono burgensium de KARDIF . vel liberorum hominum in eadem villa vel extra.

Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant omnia predicta . bene et in pace . libere et quiete . integre et plenarie et honorifice . in bosco et plano . in viis et semitis . in aquis et molendinis . in vivariis et stagnis . in moris et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis locis . et rebus . cum omnibus libertatibus . et liberis consuetudinibus suis. Hec omnia concessi et confirmavi predictis monachis de MARGAN . habenda et tenenda imperpetuum . sicut carte donatorum quas inde hanc testantur .

Concessi etiam eis et confirmavi . omnes alias donationes eis rationabiliter factas . vel faciendas . sicut carte donatorum . venditorum . et invadiatorum quas inde habent . vel habituri sunt . testantur . vel testificabuntur. Hiis testibus . domino . HENRICO LANDAVENSE episcopo . URBANO LANDAVENSE . archidiacono . NICHOLAO POINZ . HENRICO de UMFRAMVILLA . JOHANNE de Sancto QUINTINO . WALTERO de SULLIE . RADULFO de SUUINESHEUED' . tunc vicecomite . RICARDO FLAMANGO . GILLEBERTO de TURBERVILLA . WILLELMO de CANTILUPO . REIMUNDO de SULLIE . RADULFO MAYLOC . WILLELMO le SOR . RADULFO de CLIVEDUN . et multis aliis.

Round seal in green wax, 1⅜in. diam. Device, a heater-shaped shield of arms: quarterly 1 and 4 plain, 2 and 3 vair (?)

Legend—'+ SIGILL' . GALFR . . . . DE . MAUNDEVIL'.'

Endorsed—'Carta G. de Mandevilla generalis,' and in a later hand, 'de tota terra de Margan cum Wrecke ab ulteriori Ripa de Aven ad Kenfige.' 'Taff . Nethe.' 'before date.' 'Terram in feodo de Kenfigg.'

Henry, Prior of Abergavenny, consecrated to Llandaff before 1196, died November, 1218.

Geoffrey Fitz Piers or de Mandeville, Earl of Essex, married Countess Isabel in 1213. Killed in a tournament, 1216.

DCCXCVI.

THE MONKS OF NEATH FINE FOR HOLDING THE CASTLE-WICK AND LANDS OF RICHARD DE GREINVILL.

[PIPE ROLL, 9 JOHN, ROT. 21 b].

[B.M. MSS. LANSD. 219, f. 5.] 9 JOHN. 1207—1208.

Idem [FALKES de BREAUTE] reddit compotum de c. marcis et I palefrido de monachis de NETH pro habenda castelaria quæ fuit RICARDI de GREINVILL cum omnibus pertinentiis suis, et pro habenda tota terra quam idem RICARDUS habuit inter TAWI et NETH, salvis tenementis burgensium Regis.

Entitled—'Honor de Glamorgan.'

ACCOMPTS FOR WORK AT CARDIFF CASTLE, ETC.

[IBID., f. 6.]

HONOR DE GLAMORGAN.

FALKES de BREAUTE reddit compotum de LXXV$^{li.}$ scilicet de termino Paschæ anni noni . et termino Sancti JOHANNIS et Sancti MICHAELIS. In thesauro nichil, et ipsi Regi in camera sua C. marcas per breve Regis apud WUDESTOK . et in liberationibus servientium morantium cum eodem Falk' XXX$^{li.}$ et XI$^{s.}$ et VIIJ$^{d.}$ per XX. dies per breve Regis. Et in operatione trium castellorum . scilicet CAERDIFF . NOBURO (for NOVO BURGO) . et NETH LVIIJ$^{li.}$ et XVIIJ$^{s.}$ et VJ$^{d.}$ per breve Regis et per visum GALFRIDI de CAERDIF . et GILEBERTI PALMERIO (*sic*) et magistri WILLELMI CARPENTARIJ et ELYE de NETH.

Titulus—'Honor de Glamorgan.'

Vide etiam 'Add. MSS., 4,561, f. 347,' et No. LXXXIV.

DCCXCVII.

GRANT BY JORFARD, SON OF TUDYR CHAM, TO MARGAM OF LAND IN NEWCASTLE.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. salutem JORVERTH filius TUDYR CHAM . salutem.

Sciatis me consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessisse . et dedisse . Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . totam terram que fuit KETHERECH DU. In territorio NOVI CASTELLI . quam habuit pater meus TUDYR CHAM . ex dono MORGANI filii KARADOCI domini sui . tenendam de me et heredibus meis . liberam et quietam ab omni servitio consuetudine et exactione seculari . in perpetuum. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes homines warentizabimus. Set et sciendum quod quando feci predictis

monachis hanc donationem dederunt michi in magna necessitate mea xx. solidos argenti. Unde ad hanc donationem meam firmiter illam tenendam et conservandam . ego et fratres mei juravimus super sanctuaria ecclesie de MARGAN. Insuper et inveni hos plegios . scilicet GRIFFINUM . et RIRID fratres meos. ALAYTHUR avunculum meum . RESUM CHOCH . ENEAUN filium RIRID . et ITEL ab RIUL . et fratres ejus. Hiis testibus . ALAYTHUR . RESO COCH . GRIFFINO filio KANAYTHUR . GALFRIDO filio KANAYTHUR et filiis BLETHEN et multis aliis.

Seal in dark green wax. A star of six rays.

Legend—'+ SIGILL . . . . ERTH FILII TUDUR.'

Endorsed—'Carta Jorvard filii Tudur Cham.'

DCCXCVIII.

VARIOUS ASSESSMENTS IN THE DIOCESE OF LLANDAFF.

[COTTON MSS. VIT. C.X. f. 93.] 13TH CENT.

I.

Procuraciones seu annuus census debitus episcopo LANDAVENSI de antiqua consuetudine legitime prescripta . de quibusdam ecclesiis in decanatu de BERGAVENY.

De ecclesia de BERGEVENY	xxvj s. viij d.
De vicaria de BERGEVENY	xiij s. iiij d.
De ecclesia de GROSEMOND	xiij s. iiij d.
De ecclesia de SKENEFRITH	xiij s. iiij d.
De procuratore Lyra pro ecclesia de LANGUWAN ...	x s.

Summa lxxvi s. viij d.

Procuraciones debite domino episcopo in decanatu de USK, videlicet

De ecclesia de USKE	xxvi s. viij d.
De ecclesia de TROIA	xiij s. iiij d.

Summa xl s.

Procuraciones debite domino episcopo in decanatu de Netherwent.

De ecclesia de Goldclif	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De Christi ecclesia	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Langeston	vi$^{s.}$	viij$^{d.}$
De ecclesia Sancte Brigide	x$^{s.}$	
De ecclesia de Wondy	vij$^{s.}$	
De ecclesia de Rogezate	iiij$^{s.}$	
De ecclesia de Caldekote	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Porthscuwet	viij$^{s.}$	
De ecclesia de Kairwent	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Nova Villa	iiij$^{s.}$	
De ecclesia de Strugull	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$

Summa cvij$^{s.}$ iiij$^{d.}$

Procuraciones annue debite domino episcopo in decanatu de Novo Burgo.

De ecclesia Sancti Gunleij de Novo Burgo ...	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Basselek	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Rempny	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$

Summa xl$^{s.}$

Procuraciones annue debite domino episcopo in decanatu de Landaf.

De ecclesia beate Marie de Kerdyf	xiii$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia Sancti Andree	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Sancto Ffagano	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Penmark	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$
De ecclesia de Lancarvan	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$

Summa lxvi$^{s.}$ viij$^{d.}$

Procuraciones annue debite domino episcopo in decanatu de Gronnith.

De ecclesia de Lanyltwyt	xxvj$^{s.}$	viij$^{d.}$
De ecclesia de Lanblethian	xiij$^{s.}$	iiij$^{d.}$

DCCCI.

ARBITRATION BY THE ABBOTS OF FOUNTAINS, WARDON, AND BOXLEY, UNDER MANDATE OF THE ABBOT AND GENERAL CHAPTER OF CITEAUX, IN A DISPUTE BETWEEN THE ABBOTS OF MARGAM AND NEATH.

[PENRICE MSS.]

WEDN. AFTER ST. JULIAN'S DAY, 28 MAY, 1208.

CY——RO——GRA——PHUM.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit . frater J. de FONTIBUS . L. de WARDONE . et R. de BOXLEY dicti abbates salutem.

Mandatum domini . A. CISTERTIENSIS et capituli generalis suscepimus in hec verba:—

Frater A. dictus abbas CISTERTII totusque conventus abbatum capituli generalis dilectis in CHRISTO abbatibus de FONTIBUS . de BOXLEY . et de WARDONE salutem . et sincere plenitudinem caritatis.

Querelam que vertitur inter domum de MARGAN et domum de NETH vobis commissa est á capitulo generali. Rogamus ergo dilectionem vestram benigne mandantes . quatinus assumptis vobiscum de vicinis abbatibus aliquibus eam usque in Pascha terminetis . super ambiguitate scripte transaccionis utramque partem certificantes . et quod factum fuerit sequenti capitulo nuntietis. Domnus abbas RIEVALLIS hoc vobis denuntiet . abbas de TYNTERNE et abbas de KAERLEON . abbas de CUMBERMAR . et abbas de CUMHYR vocentur . et sint assessores non judices . valete.

Hujus igitur auctoritate mandati . anno ab incarnatione Domini M°. CC°. VIIJ^a^ Feria IIIJ^a^. post festum Beate JULIANE virginis tam partibus quam assessoribus aput grangiam de MARGAN que vocatur ORCHARD in nostra presencia constitutis . dicta querela que vertebatur inter domum de MARGAN et domum de NETH . et omnes alie querele tunc et ante diem illum mote sub hac pacis forma amicabili compositione quieverunt.

Scilicet quod domus de MARGAN jure perpetuo et sine reclamatione domus de NETH libere possidebit duas partes pasture sibi viciniores in montanis de feudo MORGANI inter AVENE et NETH. Et domus de NETH eadem libertate et sine reclamatione domus de MARGAN possidebit terciam partem ejusdem pasture sibi viciniorem. Et sciendum quod hec divisio fieri debet ubique in montanis de feudo MORGANI in longum et in latum á superiori origine magne AVENE que vocatur BLAINAVENE recta linea in transversum usque in aquam de NETH. Et ab eadem origine usque ad villam de AVENE . salvis proprietatibus utriusque domus. Scilicet domui de MARGAN ROSHAULYN . cum ejus pertinenciis. Scilicet quicquid continetur inter aquam que dicitur WRACH et aquam que dicitur CLEODOCUMCHACH . et inter aquam de NETH et viam magnam que vadit per montana de THORREBETHEL usque in BLEINWRACH. Salvis etiam proprietatibus utriusque domus quas tempore hujus transaccionis habuerunt . tam in mariscis quam in MELIS in hac divisione non computandis. Ceteris etiam omnibus utrique domui inconcusse permanentibus . sicut in transaccione in capitulo generali prius inita . continetur . excepto eo quod abbas de NETH . x. marcas argenti de illis xxx. quas de abbate de MARGAN secundum priorem compositionem recipere debuerat . remisit. Preterea de pastura CADWATHLANI inter eos ita convenit . quod illa in duas medietates dividi debet . et domus de MARGAN medietatem sibi proximiorem in longum et latum perpetuo sine reclamatione domus de NETH possidebit. Et domus de NETH eodem jure aliam medietatem grangie eorum de KILLEKAR viciniorem habebit. Ita tamen quod utraque domus de uno pullo duorum annorum MORGANO et heredibus suis annuatim pro hac pastura solvendo communiter satisfaciet. Insuper autem utriusque partis assensu ad perpetue pacis observanciam provisum est . quod domus de NETH nichil de pastura GILLEBERTI de TURBERVILLA . neque de terra MOREDU . neque de aliqua pastura vel possessione quam domus de MARGAN tunc temporis habuit . sine assensu abbatis et conventus domus de NETH sibi appropriabit vel occupabit. Similiter domus de MARGAN nichil de pastura vel possessione aliqua quam domus de NETH

tunc temporis habuit . sine assensu abbatis et conventus domus de NETH sibi appropriabit vel occupabit. Si quis autem monachus vel conversus domus de MARGAN . sive de NETH . scienter contra hanc compositionis formam que pro perpetua caritatis et pacis observantia inita est venire presumpserit . penam quam in memorata transactione auctoritate capituli generalis confirmata . expressa est . sine omni dispensatione sustineat. Et ut hec compositio rata et inconcussa imperpetuum permaneat . sigillorum nostrorum attestatione et appositione eam corroboravimus.

Four pointed oval seals, red wax.

1. Imperfect, $1\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{8}$in. An abbot standing on a corbel, holding a pastoral staff in the right hand and a book in the left. The abbot of Fountains, co. York.

+ SIGILLUM . ABBAT[IS . DE . FO]NTANIS.

(See Birch, *Catal.* No. 3,170.)

2. Perfect, $1\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{8}$in. An abbot standing on a corbel, holding a pastoral staff in the right hand and a book in the left. The abbot of Wardon, *al.* de Sartis, co. Bedf.

+ SIGILLUM . ABBATIS . DE . SARTIS.

3. Fragmentary, about $1\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in. An abbot standing on a corbel, holding a staff in the right hand. The abbot of Boxley, co. Kent.

. . . . BBATIS . DE . BOXEL . . .

(See Birch, *Catal.* No. 2,693.)

4. Fragmentary, about $1\frac{5}{8}$in. by 1in. An abbot standing on a corbel, holding a pastoral staff obliquely with both hands. The abbot of Neath.

[+ SI]GILL' ABBATIS . . . . . .

Endorsed—'Compositio inter domum de Margan et domus de Neth facta per abbates exequutores . prima.' And later—'de metis feodi de Margam ultra Avan et Kellygar.'

DCCCII.

GRANT BY RICHARD DE DUNESTER TO MARGAM OF A BURGAGE, ETC., IN KENFIG.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris RICARDUS de DUNESTER. salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari burgagium meum in villa de KENEFEG . cum terra una juxta castellum ejusdem ville . et unam acram terre extra villam juxta malederiam. Et ego warantizabo predictis monachis hoc totum contra omnes homines. Teste THOMA Capellano de KENEFIG . OSMERO CUUIAN . WALTERO LUUEL . DAVID filio HELY . WASMERO . TOMA filio RICARDI . ROBERTO filio RADULPHI et ROGERO fratre ejus WALTERO de SABULO.

Seal dark wax, a lozenge, ¾in. square, with a sort of fleur-de-lys. No legend.

Entitled—'Carta Ricardi de Dunestor de Burgagio suo in Villa de Kenef.'

DCCCIII.

GRANT BY JOHN, ABBOT OF MARGAM, TO ROBERT CURTEYS, OF LAND HELD OF RICHARD DE DUNSTERRE.

[PENRICE MSS.]

Universis CHRISTI fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris frater JOHANNES dictus abbas de MARGAN et ejusdem loci conventus eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos concessisse ROBERTO CURTEYS tres acras terre et dimidiam quas habuimus de RICARDO DE DUNSTERRE habendas et tenendas de nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis de se procreatis libere et quiete bene et in pace in perpetuum . reddendo inde annuatim quatuor denarios et unam libram cimini vel duos denarios pro omni servicio ad festum Sancti MICHAELIS.

Ita tamen quod predictam terram nemini vendere poterunt nec alienare. In hujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus. Ricardo clerico de Kenefeg . Willelmo Cole . Willelmo Frankeleyn . Henrico de Neth . et multis aliis.

Seal of the abbot: pointed oval, the abbot, half-length, with staff in the right hand. $1\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in.

. . . . M . BBA. . . . .

Endorsed—'Hec fuit carta Roberti Curteis de tribus acris et dimidia . quam terram nobis resignavit.'

DCCCIV.

GRANT BY ROBERT, SON OF ROBERT CURTEIS, TO WILLIAM, SON OF ALEXANDER, OF KENFEG, CLERK, OF VARIOUS PARCELS OF LAND.

[Penrice MSS.]

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum v. vel et Robertus Curteis filius Roberti Curteis salutem.

Noverit u. v. me concessisse et dedisse . Willelmo filio Alexandri de Kenef' clerico tres acras terre et dimidiam quas avus meus habuit et tenuit de abbate et conventu de Margan sicut carta dictorum abbatis et conventus testatur . et duas acras terre et dimidiam que se extendent in longum a capite predictarum trium acrarum versus occidentem usque ad terram Mauricii Gramus. Quam quidem terram Mauricius habet et tenet de dicto Roberto Curteis. Habentes in aquilonari parte terram Thome sacerdotis . in australi vero parte . terram que fuit Adam Osmare. Dimidia quidem acra habet in parte orientali terram David Wasmeir. In parte vero occidentali . terram Walteri Herbert . et in parte aquilonari terram predicti Willelmi clerici filii Alexandri . et in parte australi terram Johannis Fabri. Hanc quidem totam terram in presenti scripto nomi-

natam dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO clerico sepenominato tenendam et habendam de me et heredibus meis et assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis . libere quiete . et pacifice . absque ulla reclamacione mei vel heredum . vel assignatorum meorum et absque ulla vexatione . querela . vel demanda . sicut ulla terra liberius . quietius et melius . haberi et teneri potest imperpetuum. Hiis testibus WALTERO LUVEL . MAURICIO de CORNELI . MAURICIO GRAMUS . PHILIPPO clerico . WILLELMO de CRUCE . DAVID WASMEIR . THOMA de CORNELI . et multis aliis.

Seal, dark green wax, $1\frac{1}{8}$in. diam. A star of sixteen rays.

Legend—' + s' ROBERTI . CURTEIS.'

Endorsed—' Istam terram tenet Willelmus Aylward.' ' Carta Roberti Curteis junioris de tribus acris et dimidia.' ' Hanc habuit Willelmus Alexander.'

DCCCV.

CUSTOMS LEVIED BY THE KING'S SERGEANTS OF SWANSEA CASTLE.

[FROM THE GREAT ROLL OF THE PIPE. 11 JOHN. ROT. 16. b.]

[BRIT. MUS., MSS., LANSD. 219, f. 3.]

11 JOHN. A.D. 1209—1210.

ANGLICI[1] et WALENSES de GOHIER debent . L. marcas et II. chascunos quod Rex eos quietos clamet de consuetudine quam servientes Regis de castello de SWEINESEI habuerunt comedendi cum predictis ANGLICIS et WALENSIBUS.

(1) Vid. Nos. XCI., XCII. Vid. etiam Add. MSS., 4,562, f. 262.

DCCCVI.

DOCKET OF THE ACCOMPT FOR THE HONOUR OF GLAMORGAN.

[FROM THE GREAT ROLL OF THE PIPE. 11 JOHN, ROT. 16 b.]

[BRIT. MUS., MSS., LANSD. 219, f. 3.]

11 JOHN. 1209—1220.

FALQUES[1] de BREAUTE . JOHANNES de TORSUE pro eo, reddit compotum [to King JOHN] de $c^{li.}$ de Honore de GLAMORGAN.

(1) Vid. etiam Add. MSS., 4,562, f. 262.

THE SAME.

[FROM THE GREAT ROLL OF THE PIPE. 12 JOHN, ROT. 10 b.]

[IBID., f. 4.] 12 JOHN. A.D. 1210—11.

FALQUES de BREALTE . JOANNES de TORSUE pro eo, reddit compotum de $c^{li.}$ de Honore de GLAMORGAN.

DCCCVII.

FROM THE ACCOUNTS OF THE HONOUR OF GLAMORGAN, TEMP. JOHN.

[BRIT. MUS., ADD. MSS., 4,561, f. 347. H. ROT. b.]

TITULUS—'HONOR DE GLAMORGAN.'

Idem [id. est. FALKES de BREAUTE] reddit compotum de . v. marcis de HERREBERTO de S. QUINTINO pro convincendis . XIJ. per XXIIIJ. de assisa novæ dissciinæ arainiatæ inter ipsum HERREBERTUM et STEPHANUM de S. HYLARIO.

Vid. No. LXIX.

DCCCVIII.

DECLARATION BY CLEMENT, ABBOT OF NEATH, OF THE GRANT TO NETH BY PHILIP DE MARCROSS OF LAND IN MARCROSS.

[PENRICE MSS.]

Universis ad quorum noticiam presens carta pervenerit. Frater CLEMENS dictus abbas de NETH . totusque loci ejusdem conventus . salutem.

Universitati vestre significamus quod PHILIPPUS de MARCROS dedit nobis . XXXVI. acras terre in feudo suo de MARCROS . tenendas libere et quiete ab omni servitio et seculari exactione . exceptis VI. solidos . argenti quos annuatim reddemus ad festum Sancti MICHAELIS . domui de MARGAN pro predicta terra. Et ut de pensione ista monachos prenominati domus securos faciamus . hanc presentem cartam sigillo nostro munitam illis dedimus . spondentes quod quamdiu prenominatam terram tenuerimus . predictam pensionem singulis annis illis persolvemus. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Abbatis de Neth de VI. solidis nobis persolvendis.'

A Clemens was also Prior of Neath in 1201, and P. de Marcros witnessed charters between 1201 and 1230.

DCCCIX.

GRANT BY PHILIP DE MARCROSS OF AN ANNUAL RENT FOR LIGHTS TO THE CHURCHES OF NEATH AND MARGAM.

[PENRICE MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint. PHILIPPUS de MARCROS . salutem.

Noverit universitas vestra me pro salute anime mee . et uxoris mee et omnium antecessorum . et successorum . meorum . concessisse et dedisse et hac presenti . carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis

ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . redditum x. solidorum . ad luminare inveniendum die purificationis Beate virginis MARIE. Ex quibus x. solidos monachi de MARGAN percipient VI. solidos . annuatim de monachis de NETH . ad festum Sancti MICHAELIS . pro XXXVI. acris terre quas domus de NETH tenet de me in elemosinam . sicut carta eorum quam de me habent testatur. Et IIIJ. solidos reddet illis BALDEWINUS de LANDA . pro XXIIIJ^or. acris terre . quas ego PHILIPPUS de MARCROS dedi in puram elemosinam predicti domui de MARGAN . de libero tenemento meo de MARCROS . ad eandem terminum . Sancti MICHAELIS. Hiis . Testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de luminaribus in die purificationis.'

DCCCX.

CONFIRMATION BY RICHARD PINCERNA TO MARGAM OF EIGHTY ACRES, GIVEN BY HIS GRANDSIRE.

[PENRICE MSS.]

Sciant p. et f. quod ego RICARDUS PINCERNA concessi et presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus . XX^ti. IIIJ^or. acras quas PHILIPPUS de MARCROS avus meus eis dedit in liberam puram et perpetuam elimosinam in feodo suo de MARCROS . ita videlicet quod dicti monachi habeant et teneant dictas XX^ti. IIIJ^or. acras libere et quiete bene et in pace quietas ab omni servicio et seculari exactione in omnibus et per omnia sicut carta dicti PHILIPPI quam inde habent testatur. Et sciendum quod ex XX^ti. IIIJ^or. acris predictis x. acre jacent juxta divisam terre ecclesie Sancti DONATI juxta mare . et sex acre jacent juxta divisam dicte ecclesie Sancti DONATI ex occidentali parte magne vie que vadit de Sancto DONATO usque ad MARCROS . et VIIJ. acre jacent ex orientali parte ejusdem vie . et ego et heredes mei dictas XX^ti. IIIJ^or. acras sicut puram liberam et perpetuam elemosinam dictis monachis contra omnes mortales warantizabimus. Ut autem hec

mea concessio et confirmacio firma et stabilis in perpetuum perseveret presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Entitled—'Carte Ricardi Pincerne de xx$^{ti.}$ IIIJ$^{or.}$ acris apud Marcross.

Richard Pincerne appears in a Neath Charter in 1249 [CXXVI]. He was grandson of Philip de Marcross, who died after 1230. William P. witnessed the foundation charter of Neath, c. 1129. Peter P. was Sheriff c. 1249, and Dominus Mauricius P. had land in Siginston, near Marcross, from Hugh de Sigin. [I. 7, 40, 100, 145, 194, 292.]

Philip de Marcross, the earliest of the name on record, is mentioned by Giraldus as attending on Henry II. about 1189. Mr. Traherne records an agreement between W. de Barri and John de la Mare, witnessed by this Philip in 1201, as is a Barri Charter to Neath before 1207 [75 B. 5 b.], and a charter to Margam, granted by W. de Londres about 1210 [DCXXV.] Philip also witnessed a final concord between Gilbert de Turbervile and Margam about the same time.

This Philip seems to have lived to see his son Philip of mature age, since Philip senior and junior witness together the above composition between Margam and Helias, clerk of Newcastle, without date, but early in the thirteenth century, and one or the other gave 10s. rent for Neath and to Margam for a light to burn at the Purification of the Virgin Mary. Mr. Traherne mentions a Walter de Marcross, who witnessed a grant by Thomas Lawilis, of uncertain date.

According to Meyrick, the daughter of Sir Philip de Marcross married William Pincerna, son of Simon de Halweia ; and thus Marcross passed into the family of Pincerna or Butler.

William Pincerna was son of Simon de Halweia, and of kin to Sampson de Halweia, who exchanged Gelligarn for Little Ham, co. Devon, with the Abbot of Neath, though about this is some obscurity, since Sir Richard Pincerna is said to have inherited Gelligarn from the Le Sores. William was father of Richard and John, and a Daughter called le Butiler; Butler, or Cupbearer, in Latin Pincerna, being their hereditary office under the Lords of Glamorgan. Richard, called Lord Richard le Butiler, died before 1262, childless, leaving Joan his heir, a minor, who was a ward to Earl Richard de Clare at his death, 1262-3. This is probably the Johanna la Botillere, daughter of Johanna la Botillere, who married William de Regny, who settled upon her the manor and advowson of Baggabere [CXXVIII.] John, brother of Richard, had a son, William Pincerna, and two daughters. William left one child, Joan la Butiliere, who died under age.

The three ladies, sisters, the one of Richard, and two of William, contested the heirship of the Marcross and Butiler estate. How this was settled is not recorded, but one of them probably married a de la Bere, and John de la Bere held the Marcross half-fee in 1320. Margery, daughter and heiress of this John, is generally reputed to have married Sir Elias Bassett, son of Thomas Bassett, of St. Hilary, and ancestor of the Bassetts, of Beaupre.

Marcross, however, before and after the Bassett match, was the residence of a family of Van. John Van, or de Ann, said to be of Cornish descent, held at his death, of the heirs of Hugh le Despenser, the manor of Marcross by the service of one knight's fee, annual value 37s. 6d., when his son and heir was John. The Welsh pedigrees state that the elder John obtained the manor by marriage with Cecil, daughter and co-heir of Lewis Marcross, Thomas Bassett marrying the other sister, for which statement there seems not even a probability.

The Vans held Marcross till towards 1700. They were ancestors of those of Marshfield and Llanwern, and of several cadet branches.

DCCCXI.

QUIT-CLAIM BY YORVARD COH TO MARGAM OF LAND BETWEEN CAT-PIT AND GRAMUS' LAND, ETC.

[PENRICE MSS.]

Universis CHRISTI f. p. s. v. et a. YORVARD' COH salutem in Domino.

Noverint universitas vestra quod ego consilio et consensu MEURIC . LOWARH . et YORVARD filiorum meorum et heredum et aliorum amicorum meorum concessi et quitum clamavi et abjuravi et hac presenti carta confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. totum jus et totum clamium meum quod habui in terra que jacet inter CATTE PITTE et terram GRAMUS . et inter aquam de KENEFEG et magnam viam que vadit de LA RIGGE versus KENEFEG . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis qui sunt vel erunt . sicut ulla elemosina vel ullum tenementium liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod ego et predicti filii mei affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus quod istam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuam. Hiis testibus. MORGANO KAM . MEURIC ab WILIM tunc constabulario . RESO COH . YORUARD ab ESPUS . OWENO ab ALAITHUR . JOHANNE et OSBERNO monachis . BIREDO et ESPUS conversis de MARGAM . et multis aliis.

Seal, dark green wax, 1⅛in. diam. A star of eight club-like rays.

Legend—' + SIGIL' . WORVARD . COH.'

Endorsed—'Abjuratio Joruard' Coch de terra inter Catteputte et terram Grammus.' Continued in a later hand—'Ac aquam de Kenfig et viam a le Rugg versus Kenfigg.'

DCCCXII.

KING JOHN'S WRIT TO THE BAILIFF OF GLAMORGAN TO REINSTATE WILLIAM DE CARRIO IN HIS HOUSE OF CARRI.

[ROT. LIT. PAT., VOL. I., PART I., p. 92.]

21 MAY. 14 JOHN. A.D. 1212.

Rex dilecto et fideli suo FALKESIO ballivo de GLANMORGAN etc. Sciatis quod reddidimus WILLELMO de CARRIO domum suam de CARRIO cum terris quas habuit die quo venimus ultimo usque PENBROC' ad transfretandum in HYBERNIAM . año regni nostri XIIJ^mo. Et ideo vobis mandamus quod domum illam cum terris illis que sunt in balliva vestra ei habere faciatis etc.

Teste WILLELMO BRIWERR apud WESTMONASTERIUM . XXJ. die Maii . anno XIIIJ^mo.

The name of Carrio for either persou or place has not been recognised in Glamorgan. The reference is probably to Carew in Pembrokeshire, and the writ addressed either in error to Glamorgan, or it may be that the then Bailiff of Glamorgan, who was much in John's favour, was in charge of all South Wales.

DCCCXIII.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF VARIOUS GRANTS IN NEWCASTLE, ETC.

[PENRICE MSS.] · CHRISTMAS DAY, 1213.

Sciant tam p. q. f. quod ego LEISSANUS filius MORGANI concessi et hac mea carta confirmavi Deo et ecclesie Beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam . omnes donationes quas eis fecerunt ROGERUS filius WIAN et fratres ejus . de tota terra ipsorum filiorum WIAN in meo feodo NOVI CASTELLI . ut habeant et teneant predicti monachi predictam terram libere et quiete ab omni servicio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest imperpetuum . per omnia sicut carte filiorum WIAN quas prefati monachi inde

habent testantur. Preterea concessi eisdem monachis et hac carta confirmavi quod nunquam ipsos monachos vexabo vel vexare permittam de orto suo in villa NOVI CASTELLI . quem eis WALTERUS LAGHELES dedit in puram et perpetuam elemosinam . Concessi etiam sepedictis monachis et hac mea carta confirmavi omnes donationes et confirmationes terrarum quas fecit eis MORGANUS pater meus et homines sui . et omnes donationes terrarum quas eisdem monachis fecerunt homines mei in feodo NOVI CASTELLI . ut habeant et teneant predictas terras in perpetuam elemosinam . per omnia sicut carte donatorum testantur. Et hec omnia ego et heredes mei predictis monachis warantizabimus in perpetuum. Concessi insuper eisdem monachis et hac mea carta confirmavi quod nunquam in posterum sepedictos monachos vel res ipsorum vexabo vel inquietabo pro redditu pre manibus accipiendo . de terris quas tenent in feodi NOVI CASTELLI . nec redditum ab ipsis monachis accipiam de eisdem terris . antequam veniat terminus in cartis ipsorum constitutus et nominatus. Et sciendum quod quando eis hanc cartam dedi . tunc ipsi monachi dederunt mihi XL^ta. solidos . anno scilicet incarnationis Domini M^o. CC^o. tercio decimo . ad natale Domini . et tunc eis remisi omnes querelas et calumpnias quas habui versus illos ante illum diem. Et ut hec mea concessio et confirmatio firma permaneat imperpetuum . eam presenti scripto confirmavi et sigillo meo roboravi. Insuper me hec omnia servaturum . salvos plegios inveni. Scilicet magistrum RADULFUM MAILOC . GILLEBERTUM de TURBERUILLA . WALTERUM LUUEL tunc constabularius de KENEFEG. Hiis testibus magistro RADULFO MAILOC . GILLEBERTUM de TURBERUILLA . HENRICO de UMFRANVILLA . WALTERO LUUEL . ALAITHUR filio YTHENARD . GRIFFINO filio KNAITHUR . MADOC fratre ejus . et multis aliis.

Seal of Leysan ap Morgan as usual, green wax.

+ SIGILLWM . LEISAUN . FILII . [MOR]GAN.

Endorsed—'Carta Leisani de redditu pre manibus non exigendo.' 'Confirmatio terre in feodo suo de Novo Castello et de orto in villa Novi Castelli ex dono W. Laheles.'

DCCCXIV.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF ALL HIS FATHER'S AND HIS OWN GRANTS, ETC.

[PENRICE MSS.] OCT. OF SS. PETER AND PAUL. 6 JULY, 1213.

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego LEISANUS filius MARGANI concessi et hac karta mea confirmavi D. et B. M. de MARGAN et m. i. D. s. omnes donationes patris mei et hominum ejus et omnes donationes meas et hominum meorum sicut karte mee et karte eorum testantur. Et sciendum quod quando hanc kartam predictis monachis dedi remisi eis omnes querelas et omnes exactiones que fuerunt inter me et predictos monachos. Et pro hac concessione et confirmatione dederunt michi predicti monachi v. libras argenti in octava apostolorum PETRI et PAULI anno incarnationis domini M°. CC°. XIIJ°.

Remisi etiam eis terram eorum in territorio de NOVO CASTELLO quam injuste aravi et seminavi . scilicet ARGOLESULL' et bladum ejusdem terre ut habeant et teneant eam et omnes alias terras suas libere et quiete cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis. Insuper juravi super sacrosancta ecclesie de MARGAN quod hec omnia predicta fideliter et firmiter observabo in perpetuum. Hiis testibus MAURITIO presbitero . WILFRIDO presbitero . RADULFO clerico . GRIFINO ab KNEITHUR . ALAITHUR . ROGERO ab IUOR . RADULFO MAILOC . ADAM filio AILWARDI . ALEWI RUHT . ROBERTO SAMSON . THOMA ASKETIL.

Seal, dark green wax, 2in. diam. A mounted knight galloping to the proper left, arm extended, sword uplifted.

Legend—' + SIGILLWM LEISAVN FILII . MORGAN.'

Endorsed—' Leisan de Argolesille.'

DCCCXV.

CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF HIS FATHER'S GRANTS IN THE MARSH OF AVENE.

[Penrice MSS.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Leisaun filius Morgani salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam totam terram que extenditur in longum et latum a fossato Sanan usque ad fossam aquariam. Et inde juxta eam in longum et latum usque Pult Schethan . quam pater meus Morganus dedit prefatis monachis in elemosinam per omnia sicut carta ejus testatur. Et sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie juravi quod hanc donationem patris mei prenominatis monachis warantizabo contra omnes homines in perpetuum. Et quia sigillum meum mecum non habui . sigillo patris mei hanc cartam sigillavi. Hiis testibus . Kenewreic presbitero de Langavelach . Cuelin Arther . Jorverth filio Hoel . Griffin Du . Ithenard filio Griffini . Morgano filio Griffini . Wrunu filio Mauricii . Wen filio Geffrei.

Entitled—'Carta concessionis Leisan de donationibus patris sui in marisco de Avene : sine redditu.'

DCCCXVI.

GRANT BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF GUMBOLDES WILLE.

[Penrice MSS.]

Sciant omnes p. et f. quod ego Leisanus filius Morgani dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . ij. acras terre ad Gumboldes

WILLE inter CROCKERESHULLE et pratum Regis . habendas et tenendas de me et heredibus meis in perpetuum libere et quiete . absque omni servitio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hanc donationem contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Leisani de Gumboldes Wulle.'

DCCCXVII.

GRANT BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM, OF THE LAND OF PULTHIMOR.

[HARL. CH. 75 C. 35.]

Sciant presentes et futuri quod ego LEISANUS filius MORGANI . concessi . et hac presenti carta confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. terram de PULTHIMOR cum pertinentiis suis . reddendo mihi et heredibus meis annuatim . dimidiam marcam argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servitio . sicut carta predicti MORGANI patris mei testatur . et similiter sicut carta mea quam inde habent cum parvo sigillo meo testatur quod primo habui. Nam ante hoc sigillum quo presens carta sigillatur habueram duo sigilla quibus predicti monachi habent diversas cartas sigillatas . quas eis confirmo. Et sciendum quod ego affidavi et juravi super sanctuaria ecclesie de MARGAN . quod hec omnia servabo eis fideliter et sine malo ingenio. Hiis testibus . MAURICIO capellano de Sancto CADDOCO . ROGERO ab YUOR . et ENEA . et MADDOCO filiis ejus . ERNALDO tunc constabulario de NETH . HENRICO capellano de PONTE . ALUREDO de DUNMOC . et PHILIPPO de BERKELAY . servientibus REGINALDI de BRAUSE . STEPHANO clerico de KENEF[EG] . ALAITHUR filio YTHENARDI . RICARDO de SELEBI tunc suppriore de MARGAN . WILLELMO de LICHEFELD . WALTERO de KARD[IF] . HELYA de BRISTOLLIA . monachis . JUSTINO et ESPUS . conversis de MARGAN et multis aliis.

Fine round seal, green wax, 2⅛in. diam. A knight riding to the right, hauberk of mail, coif, cap with nasal, sword, shield, etc.

+ SIGILLWM . LEISAUN . FILII . MORGAN.

Endorsed—'Ultima confirmatio Leisan de Pultimor.'

DCCCXVIII.

CHARTER BY COUNTESS ISABEL AFTER HER SECOND MARRIAGE.

[Penrice MSS.] 1214—1216.

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego Isabel . comitissa Gloucestrie et Essex' consilio et consensu domini mei Gaufridi de Mandeuilla comitis Gloucestrie et Essex concessi et dedi hac presenti carta mea confirmavi pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum Deo et Beate Marie de Margan et monachos ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de Kenefeg. Scilicet totam terram Peitevini per divisas suas cum pertinentiis suis. Et totam terram Hugonis de Hereford per divisas suas. Et totam terram Wallensium pro qua solebant reddere annuatim xxx^a. ii. solidos baillivis de Kenefeg. Et totam moram de Havedhaloc inter duas aquas scilicet Kenefeg et Baithan . tenendas de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servitio consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. Preterea concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes quas eis fecerunt Robertus comes avus meus et Willelmus comes pater meus . scilicet omnes terras cum pertinenciis suis inter Kenefeg et ulteriorem ripam aque de Avene ulterioris que est ad occidentem hermitagii Theodoricii . et sicut montana tendunt a sursa aque de Kenefeg usque ad locum Middelcros et inde in transversum usque ad Blainnant Disculva et inde usque ad Ridkevelechy et inde sicut Avene descendit in mare. Et totum wrek inter Avene et Kenefeg. Et unum burgagium in

Kenefeg. Et unum burgagium in Kardif . et unum burgagium in Novo Burgo. Et unum burgagium in Bristollia. Insuper etiam concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes liberorum hominum meorum. Scilicet terram Sturmy per divisas suas cum pertinenciis suis . unde habent confirmationem patris mei. Et quicquid habent ex dono Gilleberti Grammus et heredum ejus. Et quicquid habent ex dono burgensium de Kenefeg et liberorum hominum in villa de Kenefeg vel extra in eodem feudo. Et ex dono Morgani filii Oweni Havedhaloc. Et totum feudum de Langewi ex dono David Scurlag et antecessorum et heredum ejus . et concessione Nicholai Poinz sicut carte ipsorum testantur. Et quicquid habent ex dono Pagani de Turbervill' et heredum ejus in Koithkarth. Et ex dono filiorum Herberti . Killeculun per divisas suas. Et quicquid habent ex dono Morgani filii Caradoci et heredum ejus in marisco de Avene et Bereges et Rossaulin et Pulthimor apud Landmeuthin. Et communam pasturam in montanis inter Thaf et Neth . et terram Walteri Lageles apud Lageleston. Et ex dono Willelmi de Lond' et heredum ejus totam terram de Egliskainwir cum pertinenciis suis sicut carte ipsorum testantur. Et quicquid habent ex dono Henrici de Umframvilla et heredum ejus apud Landmeuthin. Etiam xii. acras quas ibidem habent ex dono Urbani sacerdotis de Pendiuelin. Et ex dono Hugonis de Landkarvan et heredum ejus xxxiii. acras. Et ex dono Adam de Sumery xii. acras. Et ex dono Jorvarth filii Justini ii. acras. Et quicquid habent ex dono Johannis de Bonevileston et heredum ejus aput Bonvileston. Et ibidem ex dono Templariorum xl$^{a.}$ acras. Et ex dono Maredu et heredum ejus communam terre sue in boscis et pasturis quantum opus habuerint ad grangiam suam de Landmeuthin. Et quod habent ex dono Roberti Sanson in feudo Sancti Nicholai. Et quicquid habent ex dono burgensium de Kardif vel liberorum hominum in eadem villa vel extra.

Hec omnia concessi predictis monachis et confirmavi . habenda et tenenda imperpetuum sicut carte donatorum quas inde habent testantur. Quare volo et

firmiter precipio . quod predicti monachi de MARGAN habeant et teneant omnia predicta bene et in pace libere et quiete integre et plenarie et honorifice in bosco et plano in viis et semitis in aquis et molendinis in vivariis et stagnis in moris et mariscis in turbariis et piscariis in pratis et pasturis et in omnibus aliis locis et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Concessi etiam et confirmavi eis omnes alias donationes venditiones et invadiationes eis rationabiliter factas vel faciendas sicut carte donatorum venditorum et invadiatorum quas inde habent vel habituri sunt testantur vel testabuntur. Hiis testibus domino HENRICO LANDAVENSE episcopo URBANO LANDAVENSE archidiacono NICHOLAO POINZ HENRICO de UMFRAMVILLA JOHANNE de Sancto QUINTINO WALTERO de SULLIE RADULFO de SUUYNESHEVED tunc vicecomite RICARDO FLAMANG' GILLEBERTO de TURBERVILLA WILLELMO de CANTILUPO WILLELMO le SOR RADULFO MAILOK et multis aliis.

Seal in dark green wax, a rounded oval, about 3½in. by 2in. Device, a female figure standing, full-faced, girt at the waist; the forearms extended, with long hanging sleeves. In the right hand a lily, the left hand gone.

Legend—'[. . . . . . UM . ISABEL] . COMI . . . . [GLOECEST] . . . MORRETUN . . .'

Counterseal, impression of an antique oval intaglio gem, bearing an imperial bust to the right, below it an eagle, at each side a standard topped with a figure, of Fortune, saluting the imperial head on the right; Victory placing a wreath on the head, on the left.

+ EGO SU' AQ'LA CUSTOS D'NE MEE.

The seal is of much interest. It appears to bear the full inscription of 'Sigillum Isabelle Comitis Gloucestrie et Moretunie,' and was therefore anterior to the divorce. Isabella, third daughter and co-heir of William, Earl of Gloucester, has her pedigree and marriages set out below, in explanation of these titles, and that of Countess of Essex in the exordium of this charter.

William, Earl of Gloucester =
ob. 1173.

Mabel | Amicia | (1) John, Earl of Moreton, afterwards King. Divorced before 1200. = ISABELLA = (2) Geoffrey de Mandeville, Earl of Essex, about 1213-14, ob. 1216. = (3) Hubert de Burgh, ob. 1243.

DCCCXIX.

GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, CONCERNING THE COMING OF AGE OF DAVID ESCURLAG.

[Harl. Ch. 75 B. 37.]

G. de Clara Comes Gloucestrie et Hertfordie omnibus amicis et hominibus suis salutem.

Sciatis quod sicut per veredictum quorundam amicorum et fidelium nostrorum in fide quam nobis debent et super juramentum suum nobis datum est intelligi David Escurlag fuit plenarie etatis et de terra sua saisitus per judicium Curie de Kaerdif tempore quo convenciones facte fuerunt inter ipsum et domum de Margan de terra quam habuit in feodo de Langewy et bene ante illud recognita fuit eidem David etas sua in pleno Comitatu de Kaerdif scilicet quando dirationavit terram predictam contra Reimundum fratrem suum bastardum in Comitatu de Kaerdif et bene sciunt quod predicte convenciones inter eundem David et domum de Margan facte rationabiles sunt. Nomina eorum per quos ista cognovimus sunt. Dominus Henricus Landavensis episcopus magister N. Gobiun canonicus ecclesie Landavensis Petrus Pincerna miles Willelmus de Sumery miles Willelmus de Reigny Willelmus de Cantilupe Rogerus de Gloucestria Richard le Norreis magister Radulphus Mailoc Mauricius de Cantilupo Robertus Sanson et quidam alii.

A fragment of the Earl's equestrian seal. On the reverse a small counterseal of three chevrons for Clare.

Legend—'SIGIL . . . . . . DE CLARA.'

Gilbert de Clare was Earl 1226—1229. Henry de Abergavenny, Bishop 1191—1218. The witnesses were all, save, perhaps, Sanson, persons of consideration connected with the Lordship, whose names appear in several other Charters. But Sanson may be Samson de Allweia, Lord of St. Donat's.

Sir Ralph Maelog or Mayloc, Lord of Llystalybont, a manor by Cardiff in Cibwr Hundred, was father of Maud, who married Einon ap Cadogan.

Sir William Maelog, temp. H. III., Lord of Llystalybont, Wysam and Maelog's fee, married his cousin, a daughter of Rhys ap Griffith ap Ivor Bach, and had—1, a daughter, married Llewelyn ap Cynvrig; 2, a daughter, married Howell ap Cynvrig Madoc; 3, Ann or Envin, married Sir Gwrgi le Grand or Grant.

Ralph Maelog, 17 Ed. II., married Gwirvil, daughter of Llewelyn, and had—1, William Maylog, Lord of Littlebone [Llystalybont] temp. E. III.; and 2, Roger Maylog.

——— Maeloc, married Joan, daughter and heiress of Thomas le Eyre, by Margaret, daughter of David Cantelupe. They had—1, Richard; 2, William; 3, Gilbert.

Richard Maeloc, married Alson, daughter of ——— Berkerolles, and had Roger Maeloc, married Margaret, daughter of John Dawbeny, and had—

Joan Maeloc, daughter and heiress, married William Chicheley.

There was a Philip Maelog, temp. H. VI. The following particulars are supported by better evidence:—

Magister Radulphus Maylock, or Maelog, was an ecclesiastic and a member of a family who appear in the early records of the county, and were extant as late as the reign of Henry VI. As Magister Rafe Mailoc, he tested a charter by Isabel, Countess of Gloucester and Essex [*N. Mon.* iv., 634], and an Umfraville charter of 1217 [75 D. 14.] His name also appears in the *Annals of Tewkesbury* as holding the church of Llanblethian apparently in farm. He died 2nd June, 1231, and about the 15th September following, the Bishop of Llandaff, Thomas, Dean of Hereford, Peter, Abbot of Tewkesbury, Maurice, Archdeacon of Llandaff, the Rector of Thornbury, and others, met at Striguil to dispose of the church of Llanblethian. The result was the sending of Eustace, a Tewkesbury monk, to take seizin of the church. On his arrival the keys were removed to the hills, and he could only take seizin of the porch, and protest against those who opposed the rights of his convent, confirmed by the Bishop of Llandaff.

So little effect had this in his favour that the people stopped him on the highway and held him three days in the hills. Upon which Bishop Elias excommunicated all and sundry in full chapter, and presented his sentence to the Justiciar Hubert de Burgh. Further, the Abbot of Tewkesbury excommunicated J. Grant with his accomplices, who did the deed.

How the matter was then settled does not appear. Probably by the continuance of the Mayloc interest, for 25 July, 1242, during a Welsh riot in the county, the Abbot of Tewkesbury went to Llanblethian to receive the 'mission' of that church, under the mandate of the Prior of Winchcombe, sub-delegate from the Pope, on account of the deprivation of Roger Mayloc, upon his non-payment for the farm of the church. But the Archdeacon of Llandaff, *sede vacante*, had put in Thomas Pennarth, which could not be allowed. On this Thomas resigned the vicarage, and was again presented by the Abbot, with all the emoluments save tythe sheaves, and did homage. Mayloc then petitioned to hold the church to farm, as he had held it, but the Abbot refused this, and in the court at Cardiff declared that if he or his suffered injury he should impute it to Mayloc.

Finally, however, on the petition of Rhys, Roger's uncle, and of others, Roger was allowed five marks per annum. He was dissatisfied with this, and an extra mark added to it, at the instance of Richard de Clare, who gave him letters of defence to the Sheriff.

The contumacious Roger Mayloc entered the benefice, seized the wheat, ground it, and carried it off, adding divers threats against the Tewkesbury monks, and, in short, made himself so obnoxious that the Abbot had to buy him off with twelve marcs per annum until he should obtain a benefice. The proceedings must have been rapid, for the Abbot's first visit was made 25 July, and 8 Sept. Thomas, vicar of Llanblethian, had his papers sealed, and did homage.

Little else is certainly known of the Mailoc family beyond Ralph, who tested a Bonville Charter about 1260 [75 B. 17], and appears to have been an ecclesiastic, and Rhys in one generation, and Roger in another. William Maylocke, no doubt of the same family, appears in the *Extent* of 1264 as holding half a fee 'in capella valet xx. solidos,' and is, therefore, probably the ancestor of William Maylocke, who at the survey of 1320 held half a fee as Lord of Llys-tal-y-bont by Cardiff. There is also a mountain called Garth-Mailoc near Llantrissant.

